11.



DECLAMATIO

AD

ILLUSTRISSIMUM DOMINUM

CORDVBENSEM PRÆSVLEM SERAPHICÆ RELIGIONIS ALUMNVM.

PRO

EIVSDEM RELIGIONIS SERAPHICÆ,

IN GRANATENSI PROVINCIA, MINISTRO PROVINCIALI.

Exurge Domine iudica causam tuam. Psalm. 73.

ILLME: DÑE:

1\. DOLOROSVM cernitur nouum oculis spectaculum, Seraphicæ Obseruantis Familiæ Granatensis Prouinciæ Præsulem carceribus mancipatum, (a) reclussioni addictum; & de-

(a)

Ad l. Titio centum 71. § *Titio centum ff. de cond. & demonst. l nihil* 2. *ff. delib. hom. exhib.* D. Valenz. *conf.* 74 *ex n* 78. Marin. *lib.* 1. *resol. iur. cap* 44. *ex n*. 12.

delinquentium more, Satellicio per vias agitatum.

2. Grauiter intuentium corda præmuntur; piorum oculi fletus inundatione prægrauantur, non tan offensiuæ publicitatis notæ magnitudine, quam incogitati delicti culpabili attributione, & licet ipsa sibi sufficit, nec defensore indiget innocētia, in Seraphici Patris obsequium, indignitatis decorem, in regularis exemptionis præsidium in Episcopalem, nec in minimo lęsam; venerationem, non sibi, sed Religioni humilis modestia declamat.

3. Fidelis omnium Ecclesię Principū seruus; sed tuæ dominationis obsequentior filiationis vinculo Prouincialis Minister, in scrutatione cordis ignorat culpam, pænam patitur; vocem emittit, ne dum (b) criminationem contemnit, crimen videatur agnoscere.

(b) Diu. Ciprian. *ad Demetriadem.*

4. Beneuolam humilitatis faciem inculpatus ostendit, & licet in multis obnoxius, in eo, de quo dijudicatur, & tuo reuerenti cultui; omnium spectationi, Prouinciæque anxietati ostendetur immunis, vt cum (c) ad publicum per scripturam causa manifestata patefiat, etiam inculpatio cognita perpetuetur.

(c) Luc. de Pen. *in Rub. C. de nauicular. & Naucl. lib. 12.*

SECTIO. J.

Proponitur delictum, quo Minister Prouincialis Granatensis accusatur.

1. BEne Apostolus (a) peccatum non cognouit, nisi per legem; quæ igitur lex transgressione violata cōtenditur? Episcoporum intemerata Maiestas, Ecclesiasticæ dignitatis veneranda immunitas, Jurisdictionis Pontificalis Authoritas, Sedisque Apostolicę, omnium Caput, Suprema Potestas.

(a) Diu. Paul. *Epist. ad Roman. cap. 7. cap. nam concupiscentiam 4. vbi Gloss. de constitut.*

2. Omnia hæc sacra, gratis nos violari

ri tribuitur, quanta in vno actu moliuntur crimina! Sed in quo transgressio? In confectione processus modo iuditiali, ex mandato Ministri Prouincialis coram Notario Publico contra Cordubensem Præsulem, de cuius verbis facta dicitur informatiua probatio, ex qua multiformis arguitur transgresio.

3. Transgreditur Tridentina decissio, (b) qua causæ grauiores Episcoporum, etiam hæresis, primæ sedi reseruantur, & si committendæ sint extra Romanam Curiam, non nisi Metropolitanis, aut Episcopis á Beatissimo eligendis, solum ad facti instructionem, processusque confectionem, specialique delegatione manu Sanctissimi committantur, sibi definitiua reseruata; & minores causæ in Prouinciali Concilio, vel ab eo deputatis agitentur.

(b) *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5.*

4. Transgreditur & aliud Conciliare decretum, (c) quo aliæ Episcoporum causæ, ex quibus comparere debeant, etiã Summo Præsuli reseruantur; qualitatesq; testium (d) præscribuntur, grauiter multandi, si odio, temeritate, aut cupiditate deposuerunt.

(c) *Concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 8.*

[d] *Eadem sess. 13. cap. 7.*

5. Transgreditur & Sacræ Congregationis decisio, (e) qua, & Prouinciali Concilio inhibetur formatio processus in causis grauioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi ad Sanctissimum.

[e] *De qua* Ricc. *in praxi* 4 *p. resol.* 491. *& in deciss. Curiæ Archiep.* 4. *p. decis.* 142. *n.* 5 Barbos. *ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 5. *n.* 8.

6. Transgreditur & Bullæ in Cœna Domini (f) pænalis comminatio, aduersus vsurpantes iurisdictionem ad Sedem Apostolicam, & quascumque personas Ecclesiasticas pertinentem.

(f) *Bull. in Cœn. Dñi. cap.* 17. *relata à* Nauar *in Man. cap* 27 *n.* 69. Barbosl. *de potest. Episcop.* 3. *part. allegat.* 50. *n.* 74.

7. Transgreditur, & alio capite (g) aduersus omnes, & quoscumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sentencias contra illas proferendo,

(g) *Bull in Cœn. Dñi. cap.* 19. Nauar. *n.* 70. Barbosl. *n.* 76.

 vel

vel exequendo sine speciali, specifica, & expræssa Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, & ea habita, ad alias personas, aut cassus extendendo, aut abutendo, licet talia commitentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vice-Cancellarij, aut quouis alio nomine nuncupentur.

8. Transgreditur denique (sic arguit) omnia iurisdictionis, & potestatis iura, cũ se supra Episcoporum Authoritatem, Sacri Præsulatus fastigium, quasi Pontificali legatione, aut Prouincialis Concilij facultate fulgens, Minister Seraphicæ Religionis extolli conatur.

9. Processum enim contra Episcopũ formare pręsumpsit, causam aduersus Ecclesiæ Præsulem instituere curauit; testes ad informatiuam depositionem conuocare præcepit, audacique vsurpatione supremæ dignitatis infulas induere temeriter voluit.

10. Quid ergo respondebit humilitatis Professor, paupertatis sectator, cum de superba sublimitate arguitur? Sed vere Deus (h) respexit illum in bonum, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius. Iudicabit (i) (itaque) pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

[h] Ecclesiast. cap. 11. vers. 13.

(i) Psalm. 71. n. 4.

SECTIO IJ.

Inuerissimile, & veritatis expers delictum improbabiliter, & pro libito opponit.

1. CERTE adest inuerissimilis delicti præsumptio, qui indemnitati consultat, [a] ipsa grauitas causæ, ipsa delinquentis audatię magnitudo,

(a) *Cap. quia verisimile* 10. *de præsumpt.* Barbosa, *ibi n.* 3. *educit ergo quod verisimile non est præsumitur falsum.* Menoch. *cons.* 2. *n.* 300 *quod verisimile non est, falsitatis speciem habet, & cons.* 28, *n.* 25.

tudo, (b) ipsa inaudita contra Episcopum causę formatio, in quibus accusatur Minister Prouincialis, notam suspitionis excludunt.

2. In Catholicæ Religionis Imperio, vbi Præsulum veneratio floret, talia non inveniuntur, Æcumenica Synodus, (*) sacro lumine illustrata, nec præsumpsit, siquidem, cum in Episcoporum causis cognitionem decernit, pænam aliter procesſanti non imponit; non quod impunitaté præbeat delinquenti, sed quod ipsius illuminata més, tale posse committi delictum non agnouit.

3. Si hoc de Supremis Potestatibus non præsumitur, de Superioribus etiam principali decore fulgentibus non suspicatur, si in legatis aliàs Apostolicis non inuenitur; quomodo in miræ humilitatis, summæque paupertatis professoribus tam cito credetur?

4. Spectanda est persona, (c) an potuerit facere, & an ante quid fecerit, non enim credendum, si vita, vel opinio eius talis ante non extitit. Egregiæ (d) qualitatis (maiori titulo Religiosa, & Regulari dignitate prædicta) omni suspitione caret, sinistram facti interprætationem non meretur.

5. Filij Seraphici Patriarchę Pauperũ Romanæ sedi fidelis obedientię sectatoris, de cuius Regula, instructionisque præcepto, Ecclesia concinit, (e) Romanæ Ecclesiæ Fidem teneri docuit; Presbyterosq; monuit pręcunctis reuereri: quomodo Presbyterorum Presbyterum obsequiali reuerentia defraudarent? Incredibili criminis præsumptione fatigatur obiectio.

6. Delicti pręsumptionem ius non patitur; (f) vniuersaliter famæ indemnitati consulit, & dum augetur grauitas criminis, præsumptionis crescit exclusio; quo grauius, eo exclusione dignius. Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum (inquit Apostolus) (g) in quo redarguit iudiciũ, quo temeré proximum errasse, peccasseq; iudicatur.

7. Non in occasione (h) (& vt Go-

 to-

(b) *Quo enim atrocius, quo grauius, quo maius est delictum, eo maiora argumenta, & inditia pracedere debent, prius quam in suspitionem eius perpetrati veniamus, præsertim in persona, &c.* D. Valenz. *cons.* 63. *n.*67.

(*) *Concil. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 5.

(c) *L. famosi* 7 *§ hoc tamen ff. ad leg Iul. Maiest. cap. in primis* 2. *q.* 1. *in primis requirendum est de persona Presbyteri, l. vlt. C. de Offi. Magist. Milit.*

[d] *Cap. non omnis* 36 7. *q.* 1. *vbi Glos.* verb. *sciret, cap. nisi essent* 21. *de pravend. & dign. vbi Gloß.* verb. *honesti, cap. Lugdunensis* 10. 9 *q.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 4. *n.* 10. *l. de minore* 20. *§ plurimũs ff. de quæst. vel cuius existimationis quisque in sua Ciuitate est. l. non omnes* 5. *§ à barbaris ff. de re milit. & si bonus miles antea æstimatus fuit, prope est vt affirmatione eius credatur.* Menoch. *lib.* 1. *præsump.* 89. *n.* 133. D. Valenz. *cons.* 163. *per tot. & ex n* 92.

[e] *In offi. S Franc. die* 4. *Octob. ad vesp.*

(f) *L. merito* 51. *ff pro socio,* Mascard *de probat. cõcl* 496. *& concl.* 1416 Menoch. *lib.* 5 *præsumpt.* 1. *&* 2.

(g) Diu. Paul. *ad Rom c.* 14. D. Iacob *Epist. c.* 2. *Menoch. vbi proxime.*

[h] *L. famosi* 7. *§.* 3. *ff. ad leg. Iul. Maiest. vbi Gotofred. lit. b.*

tofredus non obtentu adulationis] á Iudicibus crimé ob principalis Maiestatis venerationem habendum, sed in veritate rei. In constituendo factum in esse criminis tota iuris cognitio, sed & prudentiæ discretio (i) adhiberi conuenit.

8. Non quodcumque factum (j) aduersus Pricipem ipsum, factum esse interpætari debet. Maturarissime (k) iudicanda est res, in qua existimationis periculum versatur, non statim reus, (l) qui accusari potuit existimetur, né subiectam innocentiam feriamus.

9. Nulla cunctatio magna, vbi Prelati, & Religiosa Dignitas appellatur in culpa, (m) subito cōstituere reum, quem legitimé probata delicta (n) non damnant, iniuria est; omnia nō properanti, (o) clara, certaque sunt, festinatio improuida est, & cæca, præcipitatur iudicium, quod attentæ considerationis circunspectio non dirigit.

10. Nos enim (loquebatur Pontifex) (p) nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus nec pręcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrumpamus.

11. Aduersus seruum Ioseph Dominus insurgens [q) vxoris tèstimonio, & visso in manibus Pallio, nimium credulus in sacris litteris notatur, quasi videretur subito, facile incredulitatem inductus, quanto magis si deficiente inditio, vana existimatione videretur.

12. Festinare quoduis negotium gignit errores; (r) vnde maxima detrimenta excitare solent; at in cunctando bona insunt, quæ si non statim talia videantur, in tempore bo na quis esse reperiet, alitér profecto iudicaret, si Iosephi culpam matura consideratione Eunuchus inquireret.

13. Expectaret itaque, & tua Dominatio tantisper; quia si mens Ministri Prouintialis Processum, aut causam iudicialé [vt vané suspicabatur) inttendebat, perficeretur vtiq; & (quod nunc voluntarié extollitur) appareret delictum.

14. Omnia videns, (s) & vitiorum flam-

(i)
Nauar. *in Man cap.* 18, *n.* 9 *qui per leuia, & minus idoned inditia, aut signa, in iudicio, vel extra illud firmiter iudicat de proximo aliquod mali, in eius damnum notabile, vel quod peccat mortaliter, aut est in peccato mortali, iuxta illud* 1. *ad Corinth.* 4. *nolite ante tempus iudicare.*

(j)
Gotofr. *in d. l. famosi lit. b.*

[k]
Cicer. *in orat. pro A. Cæcin.*

[l]
L. accusationis vlt. C. de accusat.

[m]
Habent Prælati, *& Iudices præsumptionem pro se, & aduersus eos debent esse plenissimæ probationes.* D. Cresp. *obseru.* 1. *n.* 337.

[n]
Ad l. sciant cuncti vlt. C. de. prob.

[o]
Tit. Lib. *Decad.* 3. *lib,* 2.

[p]
Calixtus, I. *cap. ponderet.* 50, *dist.*

[q]
Genes. cap. 39.

[r]
Herodot. *lib.* 7.

[s]
Diu. August. *Epist.* 36 *Deus totus oculus est, quia omnia videt.*

flammis in Ciuitatibus Pentapolis, vsq; ad cœlũ accensis, adiudicantis instructionem inquit; (t) descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Nec clamore motus, sed externa cognitione instructus, non relatione, sed vissu, ad pœnam properare docet, qua dilata potest exigi, (u] non potest exacta reuocari.

15. Si clamore vano creduntur crimina, nemo inocens! [x) Si pro libito opponantur delicta, quis indemnis? Etiam inaudita, innocẽtia dãnatur, & si satis esset accusasse, princeps reus staret, [y) & optimus quisq; in quem fere improbitas insurgit. Ueritaté criminum, (z) fidemq; probationibus certis instrui, nec suspitionibus tantam coniecturam committi placuit,

16. Non voluntate solum delictorũ credulitas suadetur, (a) affectus efficiunt, vt Iudices ea, quia volunt, & quoque credant, [b] sensum oculorum, mentisq; aciem premit amor, aut odium, & omnem inquirẽdæ veritatis rationem Iudex amittit occupatus affectibus, æstu fertur, & velut rapido flumini obsequitur.

17. Alienæ accusationis inuidiam propriã facere dignitatis offensam, [c] nec Principi decet; nec prudenti iuditio conuenit; multo minus rapido cursu, quasi certa probatione, (d] ad delicti iudicium properare, præsertim cum primum Religioni suæ Iudex patientiam[e] debeat, quæ pars magna iustitiæ est.

18. Exactius cuncta rimari debent, vt & violata Potestas, & iniuriata Dignitas ab ipso Superiore iudicetur, [f) quo proprius, eo dificilius, & certé periculosius propriẹ offensionis iudicium, vbi indignatio, æstimationis amor, (g)& postestas cõgrediũtur.

19. Vnde Imperiali venebolentia Romani Principes, (h) in Subditorum maledictis, & leuitati, insaniæ, & inconsideratæ iniuriæ potius tribuendum, quam vt delictum in iudicio criminari decreuerunt; vt & suæ magnitudinis tolerantia ijsdem causis indulsissent, non vana crudelitate processassent.

[t] *Genes. cap.* 18.

[u] Senec. *lib. 2 de ira.*

[x] Gotofred. *in l. vlt. C. de accusat. lit k.*

[y] Carol. Scriban. *inst. Polit lib. 1, c 17. l. vlt C. de accusat. c. non ne, 1. vbi Glos.* 8. *q.* 4. *c. sciscitantibus §. vlt.* 15. *q.* 8.

[z] Apulei. *lib.* 10. *metamorf l absentem 5. ff. de pœn. D.* Valenz. *cons.* 191. *ex n.* 31. *c. litteras* 14. *de præsumpt. propter solàm suspitionem quamvis vehementem, nolimus illũ de tam grau. crimine condemnare.*

(a) D. Valenz. *cons.* 191. *n.* 32. *vt facilis credulitas euitetur.*

(b) Quintillian. *lib.* 6. *cap.* 3.

(c) Casiodor. *lib.* 4. *Epist.* 22.

[d] Mastrill. *de indult. gener. c.* 79. *n* 20. *solus titulus non facit quem esse reum sed probatio.* D. Valenz. *d. cons.* 191. *n* 27 *l.* 7. *tit.* 8 1. *p.* 7. *Nó se deben los juzgadores, rebatar á dar pena á ninguno por sospeçhas,* & ibi D. Gregor.

[e] Plin. *lib* 6 *Epist.*

[f] *Causæ cognitio tres comites requirit. iudicium, veritatem, & iustitiã,* D. Cresp. *obseru.* 10 *n.* 40.

[g] *Affectus, & animi perturbationes, rem consilio, & cogitatione videre non finunt.* Senec. Epist 6 *relat.* á D. Simanc *de Repub lib.* 6 *cap.* 5.

[h] Impp. Teodos. Arcad. & Hon *in l. vnic. C si quis Imp maled.*

20. Est enim magnæ prudentiæ consideratione digna, huiusmodi delictorum processus institutio; vnde (inquiũt) (i) integris omnibus, hoc ad nostram scientiam referatur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum prætermitti, an exquiri debeant censeamus, huius circunspectionis discretio, potius in Ecclesiastici Principis iudicio èxactius præmittenda, ne antequã scrutetur, iudicet; [j] ne Religiosa humilitas populi scandalo, superbæ vsurpationis macula [licet inuerissimili] notaretur.

21. Delictum, causa, & persona in incredulitatem animum impellunt, & sunt quædam, quæ licet vera sint non tamen Iudici credenda, (K) nisi certis Indicijs demonstrentnr.

22. Quæ igitur demonstratio, aut indiciorum cognitio? Nisi vanus rumor, omnis veritatis expérs; sic pro libito crimẽ instruitur; verum plera capitula [l] ex causa, ex persona, ex loco, ex tẽpore cõsiderãda sunt; quorum modi, quia medùlitus non indigantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur; cum ante iudicant, quam intelligant, ante inculpant, quam iterando lecta perquirant. Interim temeritas (m) est iudicare quod nescias.

[i] *D.l.vnica.*

[j] *Ecclesiast.cap.11.cap.eorum 76.11.q.3.* Pacens. Episc. *in Iudith. 2.tom.cap.8 sect.17. Aguntur aliquando præpropere tribunalia, & antequam rogentur suffragia, iam tabella damnationis producitur.*

(K) Cap. *quamuis 75.11.q. 3.plura affert.* D. Larrea *alleg.fiscal. 101. & seqq.*

[l] Diu. Isidorus *relat.in cap.sciendum 1. dist.29.*

[m] Senec. *epist.91.in fin.* D. Castejon *in Alphabet.* verb. *temeritas, n. 1.temeritas præter quam quod stulta est, infelix etiam.*

SECTIO. IIJ.

Sine delicti corpore, & absque iuridica probationis discussione proceditur.

1. DELICTI corpus in actis patens, omnia vocitant iura, (a) non ex sola testium depositione probatur, permanẽtis vestigij est causæ, aut processus formatio, nec probationis dificilis, seu priuilegiatę, vt minori, aut singulari numero comprobetur.

2. Uideatur itaque delictum, discutiatur culpa, vbi contra Episcopum maior, aut minor causa? Vbi processus? Ubi testium

[a] *Ad tradita per* Jul. Clar. *lib. 5. §. fin q.4.n.4.l.1.§. illud. ff. ad Silanian.* Ant. Gom. *variar.3.tom. c 9. n.1. vbi plenissime.* & ibid. Ayll. *n. 2. & cap.1.n.39. præcipuum est, vt ante omnia constet de corpore delicti,* Bobad. *lib.3.c.15.ex n.95.vbi plures congerit.*

tium iudicialis depositio? (b) Vbi iurisdictionis vsurpatio? Nihil horũ inuenitur & solum ex informatiua sumaria pro iudicantis voto corpus delicti censetur.

3. Sed vt ipsi testes relatiue ad causam deponentes mereantur fidem; ipsam in actis præsentem adesse debet, vltra eam in nihilo credendi, (c) referens enim sine relaco ad veritatis probationem ius nõ admittit. (d)

4. Sic agnosci profecto debuit in limine iudicij, Concilij, & Canonum transgressio, sic corpus delicti, causæ pręsentia comprobari, & in eius contextu inquiri, si aderat processandi affectus, si irrogandi crimen, si vsurpandi iurisdictionem, si remittendi ad pœnam, quę omnia lex prohibet, aliter enim probari factum insigne non videtur, nisi omnes omnimodo eius circunstantiæ, (e) & qualitates probatæ sint.

5. Indebite, processus contra Episcopum nominatur (& quidẽ ignoranter deponitur) quod Minister Prouincialis fecit; ipse accusator sui, vt iustus in principio sermonis (f) non difitetur voluisse instrumento Notarij Publici comprobare, Præsulem in Regali Conuẽtu Ordinis Seraphicæ, Diuo Petro, Cordubæ Sacro, in priuato congressu dixisse persecuturum fore Ministrum, vsq; ad Ministerij depositionem.

6. Hoc sic, quia præter ipsius voluntatem translationi aliquorum Fratum incumbebat, cuiusdam Abbatissæ, Monialiumque correctionem procurabat, iam ex reformatione á Prelato Superiori, Commissario Generali Cismontanæ Familiæ incepta; iam vero ex assensu congregationis intermedię in Prouincia eadem mente habita.

7. Queis omnibus idem Episcopus antea varijs Epistolis, & consultationibus, tâm Romanæ Curiæ, quàm Nunciaturæ Hispanæ missis, cum ipsius Ministri, & Prælatorũ Regulariũ pręiudiciali nota cõtradicebat.

8. Intendit (vt propriæ famæ, bonoq; Religionis consuleret) (g) indignationem Presulis, verbis ostensam comprobare, quod voluntaria affirmatione aliquorum fratrum qui audierant, coram Notario Ecclesiastico

(b) *Voluntaria declaratio coram Notario, non est iudicialis depositio, nec actus iurisdictionis Notarij testificatio, ad tradita per* D. Cresp. *obseru.* 15. *n.* 158. *de quo infra n.* 11.

(c) Rota Apud Ludouis. *deciss.* 351 *n.* 6. *& deciss.* 382. *n.* 3. *& deciss.* 409 *n.* 3. *& deciss.* 510. *n.* 3. *& deciss* 578. *n* 2 Noguer. *alleg.* 20. *n.* 114.

[d] *Ad Text. in Auth. si quis in aliquo documento*, C. *de edend.* & ibi Bald. Barbos. & alij.

[e] *L. Prætor ait* 4. § *docere*, vbi Gotofred. *lit. V. ff. de vi bonor. raptor.* Iul. Clar. § *fin. q.* 4. *n.* 5. Farin. *cons.* 125. *n.* 8. *& cons.* 157. *n.* 7. D. Valenz. *cons.* 52. *per totum, & cons.* 191 Mascard. *de probat. conclus.* 1256. *per totam.*

(f) Prouerbior, *cap.* 18.

(g) Ex Diu. Paul. *ad Timoth.* 1. *cap.* 4. *attende tibi, & Doctrina.*

in forma instrumenti testimonialis redactũ accepit.

9. In eam causam, & finem, vt huiusmodi testimonio, in exceptionem obiectorum criminum, (h) aut culparum vteretur, & in Superiori placito, illius inuissæ voluntatis præscientia, inferenda vulnera dei jceret, aut temperaret.

10. Hæc defensiuæ tuitionis protectio esse potest processare Episcopum? Hoc crimen inferre dignitati? Hoc vsurpare iurisdictionem? Ubi Iudex procedens? Ubi acta iudicialia? (i) Vbi contentiosa cognitio? Ubi iurisdictionis vmbra? nihil horum, nec â nimia scrupulositate colligetur.

11. Quod Carthularius Minister, aut Notarius (j) inter partes scribit, ex publica Persona fidem recipit; (k) sed non est actum iudidiciale, nec eius nomine continetur (l) verum nec testimoniale scriptum crimen, aut culpam Præsuli dijudicandam objicit.

12. Ergo si nec delictum continet; nec iudicialiter in vmbra iurisdictionis conficitur, (m) nec etiam Canonicis decretis aduersatur.

13. Qui ad propriæ defensionis finem verba Episcopi probare intendit, non processum facit, [n) non punitionem quærit, nõ crimen opponit, non causam instituit; sed ipsius indemnitati consulit, ad quam, & facti causa, & finis dirigitur.

14. Et cum nihil conuitij, [o] aut criminationis obiecerit pro sola conuentione â communione Ecclesiæ, non licet submoueri; non enim operantur actus (p) vltra agentium intentionem, nec egrediuntur causam, & finem â quibus regulantur.

15. Episcopalium verborum, aut minarum probatio, non est causa, aut processus contra Episcopum; alioquin exemptus proprio Iudici ab Episcopo ad punitionem remissus, in sui tutelam excipere, & probare non poterit (q) de odio, pasione, aut irata (r) Episcopi volũtate [quæ humanæ natu- ræ

(h)

Sufficit probabiliter dubitare de offensione, vt defensione vti valeat. l. si quis fumo 49. §. *quod dicitur, ff. ad leg. Aquil. iusto enim metu ductus, ne ad se ignis perueniret, vicinas ædes intercidit, siue peruenit ignis, siue ante extinctus est, l. habitatores* 27. §. *iterum ff. locati.* D. Salgad. *de suppl. ad SS.* 1. *p. cap.* 16. *ex n.* 3.

[i]

Acta iuditialia sunt propriè illa, quæ fiunt coram Iudice, & Notario, Auend. *de exeq. mand.* 1. *p. cap.* 10. *n.* 7. *l.* 112. *tit.* 18. *p* 3. ibi: *Otra escritura de aquellas, que llaman Actos, que fuessen fechos sobre algun pleyto, delãte del judgador* D. Greg *ibidem glos.* 6. Gloss. *in l. acta* 45. *ff. de re iudic. lit. A.* Parlador. *diferen.* 136. *n.* 1. Marant. *de ordin. Iud.* 2. *p.* & 3. *vbi plenissime plura congerit.*

(j)

Exercitium Notarij & actio conficiendi instrumenta, non est iurisdictio, sed officium, aut ministerium, ex Tusc. *lit. N. concl.* 72. *n.* 23. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 175. *ff. de iudic notat.* D. Cresp. *obseru.* 15. *n.* 156.

(k)

Non ex iuridictione, sed ex officio, quæ diferunt D. Cresp. *vbi proxim. n.* 158.

[l]

Ad decis. in cap quoniã contra de probat vbi Barbos. D. Valenz. *consil.* 43. *ex n.* 105. *diferentiam ponit* Auend. *de exeq. mand. d. c.* 10. *ex n.* 4.

[m]

Ad tradit. per D. Salgad. *de Reg. Potest.* 1. *p. c.* 1. *prælud.* 3. *per totum.*

[n]

Argum. l. igitur 12. §. *& generaliter. ff. de liber. caû. quoties quis iustis rationibus ductus, vel non iustis, siue caliditate tamen putauit se liberum, & in libertate moratur, & possessoris commodo fruatur.*

[o] *Cap. si quis* 20. 2. *q.* 7.

[p] *L. non omnis* 19. *ff. de reb. cred.* Azeb. *in l.* 4. *t.* 20. *lib.* 8. *Recop.* Plaz. *de delic. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6

(q) *Argum. l. quod Reipublicæ* 32. *ff. de iniurijs.*

[r] *Vt inquit cap. si Episcopus quis forte iracundus* 4. 11. *q.* 3.

ræ non sunt aliena, & ad defensionem in causa multipliciter profiqua] alioquin, & propriæ iniuriæ, & inferendi vulneris remediū, contra ius naturale lex tolleret? Absit? (s)

16. Non ne Æternus Pontifex, qui non se ipsius clarificauit, vt Pontifex fieret, ipsius verba, & comprobari non renuit, & examinare permissit? Cum offensus incussauit: *Si male locutus sum,* (t) *te simoniū perhibe de malo.*

17. Quare ergo nunc intuitiuam exceptionem hoc non licet? Potius, & dolere decuit de verborum prolatione, non de probatione verborum.

18. Opinione in obiecto crimine laboramus, nomine fundatur delictum, nō substantia, vocatur causa iudicialis instrumentū priuatæ defensionis; (v) nominatur processus particularis exceptionis comprobatio, in hoc fundatur tota accusationis intentio.

19. Et vané ex maleuola aliquorū fratrum detrectātium reformationis studium, & conturbata (x) aliorum testificatione, ex insperato Iudicij strepitu, omniumque, nec inter causam, aut testimoniale distinguentiū extollitur crimé, (y) & varijs capitibus, sine delicti corpore ostendatut trā sgressio.

20. Uerum, ó felix causa, (z) vbi delicta assimilantur arboribus frondosis absq; fructu, verbis sine operibus, sōnis absq; veritate.

SECTIO. JV.

Nulla datur transgressio Canonicorum iurium, quæ violata á Ministro Prouinciali supponuntur.

1. CONCILIVM, Canon, Bullæ, (a) omnia Pontificum decreta, & Sacrę Congregationis decissiones, de cuius transgressione Minister Prouincialis arguitur, iudicialem causarum, aut processus formationem impediunt.

2. Magistratus, Notarios, Iudices, Scribas puniunt, quia sub vmbra iurisdictionis sibi vsur-

[s] *Defensio iuris naturalis est, & Populus contra illam, nec potuit, nec censetur potestatem in Regem transtulisse*, D. Cresp. obseru 2. n. 3. *nec tolli potest per Papam, Regem, aut Principem, quia prouenit à iure naturali, Diuino, Canonico, & Ciuili*, D. Salgad. *de supp. ad SS.* 1. p. c. 2. *ex n.* 105.

[t] Diu. Ioan. *cap.* 18. S. Cyprian. *lib.* 1. *Epist.* 3. *Innocentiam suam magis asserens, & ostendens, cap. præsumunt.* Prælati 22. 2. q. 7.

[u] *Aduersus l.* 112. *tit.* 18. *p.* 3. & Gloss. *in l. acta* 45. *ff. de re iudic.* Auend. 1. *p. c.* 10. *n.* 7.

[x] Plaut. in Mustel. *act.* 5. *Scen.* 1. *Nescis tu quam meticulosa res est ire ad Iudicem*, Anastas. Germ. *de Sac. immu. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 3. D. Valenz. *cons.* 163. *n.* 32.

[y] Arist. *lib. de somn & vig. c.* 2. *timentes facile circa sensum decipi solent.* D. Simanc. *de Repub. lib.* 6. *cap.* 8.

[z] D. Gregor. Nazianz. *relatus ab* Hect. Pint. *lib.* 1. *Dialog. de iustit. cap.* 10.

[a] *Trid. seß.* 24. *de reform. cap.* 5. *Bull. in Cœn. Dñi, c.* 19. *& deciß. sup. notatis sect.* 1.

vsurpatæ, Ecclesiasticos processare conatur (b) crimina ad punitionem in actis redigũt, & incapaci cognitione, aut Iudicij præparatione, superiore spreto, potestatem sibi iuditialem attribuunt.

3. Hæc est omnium decretorum mens, nec aliud ex eorum tenore deducitur; cum ad conseruationem iurisdictionis, & potestatis Ecclesiasticæ, (c) venerationemque Episcopalis Dignitatis sint constituta, quarum causa iudicialem authoritatis introductionem, criminumq; attributionis processum, vt Iudices, quę directæ illorum fini aduersantur expresse, non aliud prohibent.

4. Non in extraiudicialibus instrumẽtis, aut actis loquũtur, (d) quæ nec iurisdictionem, nec potestatem iudicialem affectant; sicut nec supremæ potestati œconomicæ Regum, suorumq; Tribunalium, quia extrajudicialiter cognoscit, & exhibetur, inhibent (e)

5. Hoc in concussa praxis cognitionis per viam violẽtię, ex superioritate politica, & œconomica obseruat, & sine Canonum, & Concilij transgressione (f) publica protectio in Catholicis Regnis conseruatur.

6. Ergo minus ad priuatam præcautionem extẽdi debent, de qua nec eorum mẽtem sensisse, nec ipsorũ verba intelligi posse non dubitatur; & vbi nec affectata potestas inuenitur, nec punitio iudicialis ex iurisdictione prætenditur.

7. Processum, & causam in forma iudicij decreta prohibent, & in casu vero debẽt practicari, (g) non vltra quod exprimunt, nec ex identitate rationis, nec per argumẽtum à simili possunt ampliari, (h) sed potius vt pœnalia iura restringi. (i)

8. Non quæ ad exceptionem, obiecti criminis tendunt sunt prohibita. (j) Exceptio est, quasi quædam exclusio (K) ad eludẽdum, quod in intentionem deductum est, non in accusatione versatur; sed est conditio, (l) quæ modò eximit reum damnatione, modó minuit damnationem, eisq; vtere in defensionem omnibus licet. (m)

9. Sicut Clerici, aut etiam Episcopi, & Cardinalis reconuentio, (n) coram Tribunali, aut

(b)

Nauar. *in Man. cap.* 27. *n.* 69. ibi: *Requiritur quod capiantur authoritate & potestate vsurpata, quare, &c.* Et infra. *Non incidunt, nisi, qui authoritate iuditiali, & Laica hic vetita faciunt.*

(c)

Nauar. *d. cap.* 27. *n.* 70. *Hæc excommunicatio fertur ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam.*

[d]

P. Suar. *de cens. disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 78. D. Salzed. *de leg. polit. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 196.

[e]

D. Salgad. *de Reg. protect.* 1. *p. cap.* 1. *prælud.* 3. *per totum, & prælud.* 5. *ex n.* 232. *&* 309. Torre-Blãc. *de iur. spirit. lib.* 15. *cap.* 10. *per tot. & præcip. n.* 23.

[f]

D. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *c.* 8. *n* 76. *&* 77. D. Salgad. *de Reg. protect.* 1. *p. c.* 1. *prælud.* 5 *ex n.* 232. Azeb. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop. ex vers. item decimo quarto, per totum,* Torreb. *de Magia lib.* 3. *cap,* 27. *num.* 31.

[g]

Gratian. *discep. forens. cap.* 972. *n.* 12.

[h]

Castr. *de potest. leg. pœn. lib.* 1. *cap.* 7. *docum.* 3. *glos. in cap. in pœn.* 49. *de* Regul. *iur. lib.* 6.

(i)

Cap pœna 18. *de pœnit. dist.* 1. vbi Gloss. verbo, *moliendæ*, *& in seq.*

[j]

Ad tradit. per Barbos. *in cap. super his* 16. *de accus. n.* 3. Rodrig. *tom,* 2. *quæst.* Regul. *q.* 10. *art,* 5.

[k]

L. exceptio 2. *ff. de except,*

[l]

L, exceptio 22. *ff. eod.*

[m]

Etiam contrarijs cap. nullus pluribus 20. vbi Barbos. *n.* 2. *de Reg. iur lib.* 6. *l. nemo* 43. *ff. eodem ti.* . Aflict *deciß.* 134. *n.* 3. Marin. *lib.* 2. *resol. jur. cap.* 106 *n.* 4.

[n]

Gloss. *in cap.* 1. *de mutu. pet.* verb, *su-*

aut Iudice Seculari, & iudicium difamationis, [o] aut per viam exceptionis, [p] non opponuntur exemptioni, & Ecclesiasticæ immunitati Clericorum, siue iure diuino, aut Ecclesiastico positiuo procedat. (q)

10. Cum Sacri Canones, & Concilia solum intelligantur, vbi contra Ecclesiasticos proceditur directe, per viam actionis, & tanquã vere reos; (r) non autem si per exceptionem, difamationem, aut reconuentionem, quæ immunitatem non lædunt, iuxta vniuersalem praxim, de qua variç decissiones inueniuntur. (s)

11. Ex quo per consequentiam patet probationem, maxime exceptionis, aut repulsæ, criminis oppositi non contineri in decissione Concilij, & Canonis secundum eorum mẽtẽ, & etiam verba, siquidem qualitatem iudicialis (t) criminationis, & causæ in eis expressam clarissime ostendunt.

12. Ex animo, & afectu perficiuntur delicta, (v) ex volũtate, & proposito distingũtur (x) ex dolo coagmentantur; (y) ergo distingui debet finis operationis, vt in culpã imputetur

13. Lex principaliter, & omnis pænalis decissio animum infenssum considerat, (z) aliter nec sinceritatis daretur excusatio, nec legem necessitas, aut defensio temperaret.

14. Non qualibet sanguinis effussione violatur Ecclesia, nam facta pro medicamine, aut ob defensionem illato vulneri, in culpa non est, (a) cum iniuriosa, & culpabilis percusio â lege prohibeatur, & violationẽ operetur. (b)

15. Ubi dolus non cõprobatur, nec adest delictũ pænà dignũ, (c) in homine probo, & legali (maiori causa in Religioso (*) Superiori Prouinciæ Prçlato) dolus considerari nequit, (d) iure semper ab esse præsumitur in agente, vt rebus suis [potius famæ, dignitati, & regularis obseruantiæ reformationi] consulat, & defendat. (e)

16. Ipsa enim instrumenti series, ex fide Notarij â Ministro Prouinciali educti, omnino delicti labem, aut suspitionem excludit, nullam iurisdictionis, aut potestatis vmbram ostendit, non in forma iudiciali conficitur, nullam

D

[o]
Ex l. difamari 5. Cod de ingen. Anton. Amat. *d z p. resol, 52, vbi plures n.z.*

[p]
Ex l. si contendat 28 *ff. de fideius.* Ant. Amat. *ibidem n.3. vbi ex Auth affert exemplum Cardinalis de Aragonia*, ex Capitio *deciß.* 18. *Episcopi Cremon.* Alex. *cons.* 103. *lib.* 5. *Cardinal. Comens* Franch. *deciß.* 657. *lib* 4.

[q]
Ad tradit. per D. Covar. *pract. c.* 31. D. Larr. *d. decis. Gran.* 4 *n.* 19.

[r]
Azebed. *in l. z. tit. 6. lib.* 1. *Recop.* vers. *neque huic.*

[s]
Relat. ab Amat. *d. resol.* 52. *n.* 3 *& resol.* 86. *n.* 65. Barbos. *in cap* 1. *de mut pet. n* 11.

[t]
Sic intelligit D. Salgad. 1. *p. c.* 1. *pralud.* 5. *n.* 232.

[u]
L. *qui iniuriæ* 53 *ff. de furt l. Dium* 31 *ff ad leg corn de fals.* D. Cresp. *obseru.* 76. *n* 25.

[x]
Cap. cum voluntate 54. *de sent. ex com.* Plaz. *de delict. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6.

[y]
L. nec exemplum 20. *C. ad leg. corn. de fals.* Barb. *axiom* 68. *n.* 1. Plaz *vbi proxime.*

[z]
Tiber. Decian. *tom.* 2. *lib.* 7 *cap* 5. *n.* 4. *l.* 1. *ff. ad leg. Iul Maj. l. siquis* 9. *C. de re milit. lib.* 12.

(a)
Castr. *de leg. pæn. lib* 1. *cap* 7 *docum* 1. *& à simili* Bart. *in l. non dubium* §. *C. de legib.*

(b)
Cap. si Ecclesia vlt. de consec. Ecclesi. vel Alt cap. Ecclesijs 20. *de cõsec dist.* 1. Cast. *lib* 1 *c.* 7. *doc* 2. *lim* 2.

(c)
D. Cresp. *obseru.* 76 *n.* 24. Menoch. *cons.* 29. *n.* 13.

(*)
Ex *l* 2 *tit.* 10. *p.* 6. ibi: *Assi como Frayles, ê omes Religiosos.*

[d) *Menoch. cons.* 121. *n.* 14.

[e] *L.* 3 *§. quod ait Prætor* 7. *ff. de incend. ruin. nauf. cum ergo defendendarum mearum ædium causa fecerim, vtique dolo careo, l.* 1. *§. vi posidere. ff. de vi arm at.* Menoch. *cons.* 107. *numer* 9.

llam delicti obiectionem dignitati attribuit, finem punitionis non respicit, præparationé Iudicij non demonstrat: quomodo potest ex ea de transgressione Concilij, & Canonicis iudicari?

17. Vere ipsius animus, & affectus omnis doli expers, ex sinceritate confessionis, & ex cōtextura instrumenti colligitur, solum defensionis, & proponendæ exceptionis causa expressit intentionem, in cuius facto non adest Canonum prohibitio, [f) non concluditur iurium violatio, nec dubitari potest de voluntate, proposito, & fine, qui plenius crimini, de quo arguitur, aduersantur.

[f] A nulla lege, statuto, aut constitutione, talis intellectus summi potest, vt tollatur defensio, ex pluribus D. Salgad. de suppl. ad SS. 1. p. cap. 2. n. 103.

SECTIO. V.

Propria defensio omni iure permissa nulla decretorum transgressione potest incusari.

1. EX ijs, quæ naturali iure introducta, & diuina prouidentia hominibus insita immutabili perpetuitate gaudent, nulla dari potest legis transgressio, (a) hûc pertinet omnis actus ad defensionem inductus, qui attento homine inesse rationis prouenit ab eodem principio, quatenus omnibus inest, (b) secundum propriam naturam rationalem.

2. Ex eoque, etiam cognitio per viam violentiæ fundatur, (c] & supremis Principibus, eorumq; Tribunalibus conuenit, in modum tuitiuæ defensionis, iniuriæ propulsationem, & iuris naturalis facultatem, publicam, & priuatam conseruationem superiori instinctu dictantem.

3. Omnium decretorum vinculis Concilij Tridentini, & Bullæ in Cœna Domini hæc tuitiua potestas absoluta conspicitur, censuræ enim in illis latę contra Iudices de causis Ecclesiasticis cognoscentes, limitantur, dum cognitio sumitur [vt iam diximus extraiudicialiter] & ad defensionem, (d) & non per modum Ordinariæ iurisdictionis.

4. Nec includuntur in Bullæ, nec aliorum Canonum decretis à iure diuino, & naturali prouenientia, vt est propria tuitio, (e) nec esse potuit

[a] Præpos. *in c. ius naturale dist. 1. n. 9.* D. Salzed. *de leg. polit. lib. 1. cap 7. n. 113.*

(b) Senec. *Epist. 121. ad fin. ex æquo venit quod natura distribuit, hæc nihil magis, quam tutelam sui, & eius peritiam tradidit.*

(c) D. Salzed. *de leg. polit. lib. 1. c. 7. §. 1. per totum,* D. Salgad. *de Reg. protect. 1. p. cap. 1. prælud. 5. per totum, & n. 312.*

[d] *Ad tradita plenissime à* D. Salg. *d. 1. p. cap. 1 præl. 5 d. n. 232. & seq & de suppl. ad SS 1. p. cap. 2. sect. 2. ex n. 101.* Araul. *decis. moral. disp. 4 dific. 1.* D. Salzed. *de leg. polit. lib. 2 c. 4. n. 40.*

[e] D. Salzed. *lib. 1. cap. 7. n. 68.* D. Salg. *de supp. ad SS. 1. p. c. 2. n. 110. Ideóque nullatenus intelligendum erit voluisse per dictam Bullam Papam tollere iustam, & legitimam defensionem.*

potuit de mente Conciliorum, aut Pontificum defensionem iuris naturalis tollere, quod immutabile est (f)

5. Percutientes iniuriosé, aut temerè Episcopum in excommunicationem incidunt, [g] verum si defensionis causa sequatur Episcopi percussio, aut Cardinalis, nec pœna, nec censura percutiens irretitur, [h] non enim iniuriam, aut temeritatem; sed propriæ tuitionis causam intendit, quæ non continetur, potius excipitur, in mente Canonis.

6. Cum ergo, illustrissime Domine, ostendisses minis, & verbis iratæ tuæ voluntatis indicium aduersus Ministrum Prouincialē; quomodo potuit aliter defensionē quęrere, suæq; (Præsulatus, & Religionis propriæ) famæ, & regularis obseruantiæ reformationi consulere, nisi per tuę Dominationis verba animum indicaret? [i] Propter hoc datus est nobis sermo, [j] vt pręsto forent mutuæ voluntatis inditia.

7. In hanc expressam causam, testimoniale instrumentum eduxit, inculpatæq; defensionis, factū in culpam imputari non potest, nec enim factum (k) quæri oportet, sed causa faciendi.

8. Nec incusari debet, quod aliter poterat sine Notarij inscriptione exceptionē quęrere, quia defensionis modos ius naturale non præscripsit, aut designauit, (l) electioni se defendētis remisit, vt in ea, eo vtatur vnusquisque medio, quo melius sui conseruatio sibi consequi videretur.

9. Hanc intendit solum Minister Prouincialis iure proprio innixus, nec culpabiliter, etiā aduersus tuæ Dominationis verba, quia in defensione, cum sit naturalis iuris effectus, nulla datur personarum discretio (m) etiam maiores Dignitates comprehendit. (n)

10. Sed & iure, proprié, reis competit, (o) etiam si in explicāda alicuius versetur contumelia, & cum Religionis venerandæ causa, secundum bonos mores fit; (p) nec ea mente, vt iniuriam faciat, nulla transgresione legum potest incussari.

(f)
§ Sed naturalia iust. de iur. natur. & à nemine potest tolli defenzio quæ eo iur. prouenit, D. Salg. *ibidem n.* 107.

[g]
Clem. 1. *de pœn. cap. felicis, eod. tit. lib. 6. Bull. in Cœn. Dñi. c.* 12

[h]
Glos. *in d.* Clem 1. *& cap. felicis, & quos ibidem congerit* Barbos. *n.* 7. *& in cap. ad aures* 10. *n* 5. *de pœn* Jul. Clar. *lib* 5 *§ fin. q* 77. *n.* 23. Nauar. *in Man. cap* 77 *n* 67 *Quod excusatur ab hac censura, qui defendendo se, cum moderamine inculpatæ tutelæ aliquid horum facit. l. vt vim ff. de iust. & iur. l.* 1. *C. vnde vi.*

(i)
L. Labeo 7 *§ idem Tubero ff. de supel. leg. Nam vocis ministerio vtimur, cæterum nemo existimandus est dixiße quod non mente agitauerit,* Barbos. *axiom.* zzz. *n.* z.

(j)
Plaut. *in Thimoth.*

(k)
L. *verum* 39 *ff. de furt.* & ibi Bart. *l. quod reipublicæ* 33 *ff. de iniur. cap. occidit* 23. *q.* 8. *cap sciendum* 29. *dist.*

[l]
D. Salzed. *de leg. polit. lib,* 1. *cap.* 7. *n* 72.

[m]
D. Salzed. *d. c.* 7. *n.* 118.

[n]
P. Suar. *de immun. Eccles. lib* 4. *c.* 34. *à n.* 30. D. Salg. *de Reg. protect.* 1 *p. cap,* z. *n.* 1z.

[o]
L. 1. *ff. de adend.* & ibi Bart. Barbos. *axiomat.* 7[illegible] 4 *n.* 5.

[ ]
L. *quod reipublicæ* 37. *ff de iniur. l sciendum* 45 *§. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. qui cum aliter tueri se non poßent, damni culpam dederint innoxij sunt.*

SECTIO VI.

Dubium sufficeret ad delicti exclusionem, si non adesset inculpationis euidentia.

1. SED si anceps laboraret intellectus super facto Ministri Prouincialis, vtrum Canonũ trãsgressioni; an vero propria defẽsioni, & sui iuris vsui tribuendum (etiam vbi de fine constat, de mente, & affectu patet, de dolo, & malitia omnis suspitio excluditur, de qualitate personæ de officij Dignitate Religiosa humilitas creditur) ipsa profecto dubitatio est (a) immunitatisinditiũ, est innocẽtiæ præsũptio, vt fieri debeat exclusiua delicti interpretatio.

2. Ubi non apparent (b) manifesta inditia de malo alicuius; debemus eum, vt bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium est: secundum quod intellegitur illud Diui Lucæ, (c) stote misericordes, nihil aliud (inquit) nobis pręcipi existimo, nisi vt ea facta quæ dubium est, quo animo fiãt in meliorem partem interprætemur.

3. Hæc enim est iuris præsumptio, (d) quam vt delictum euitetur vnusquisq; pro se habet, (e) & vt innocens, & sine culpa, aut vitio præsumatur, cum & Pontificio, (f) & Cessareo iure (g) hominem suæ naturæ bonũ, eiq; in esse ab ipsa virtutũ seminaria iudicetur. (h)

4. Quam præsumptionem minime eliditur, nisi per veram delicti probationem, non auté dubiam, (i) siquidem in actibus se habentibus ad vtrumque, vbi aliter coniectari potest criminis exclusionem ius admittit, (j) etiam impropriatis terminis suspitionem culpabilem excludit (K)

5. Ideò consilium, quod ad malum, & ad bonum referri potest, & bonum interpretatur, (l) & dubia assertio potens accipi in hæressim, aut sapere Catholicam fidem, in dubio catholica præsumenda, (m) sic enim intellectus practicus, vt dirigens verum operatur, (n) licet ei possit aliquando officere, vt cognoscẽs; grauius est incidere in id, quod contrariatur intellectui, vt dirigenti, quam in id quod cõtrariatur, vt cognoscenti.

Tàm

[a]
Ex Reg. gener. *Dubia in meliorem partem interpretanda, l. crediter 55. ff. de furt. l. proxime 3. ff. de his qui in test. delen.* D. an 4. *p tract.* 3 *resol.* 2. Sanch. *de Matrim lib.* 1. *disp* 9. *n.* 11. D. Cresp. *obseru.* 23. *n.* 130 Menoch. *cons.* 82. *per totum.* Soto *de iust. & iur. lib.* 3. *q.* 4. *art.* 4.

[b]
Ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 6? *art.* 4.

[c]
D. Luc. *cap.* 6. vbi V. Beda *lib.* 2. *c.* 24. *relatus in cap. estote misericordes, de Reg. iur.*

[d]
Bart. *in l. merito* 51. *ff. pro socio*

(e)
Bald. *in l. pracib.* 8. *n.* 21. *vers. ex cusat ergo. C. de impub. & alijs subst.* Menoch. *lib.* 5 *præsumpt.* 1. *n.* 16. & *præs.* 4. *n.* 1.

[f]
Cap. vnic. de scrutin. in ord. fac. vbi Gloss. verb. *æstimare, cap. vlt. de præsumpt.* & ibi DD. Barbos. *in d. c. vnic n.* 3. & *in cap. vlt. n.* 2.

(g)
L. cum pater 77. *§. rogò* 25. *ff. de leg.* 2. & ibi Gotofred. *lit. H.* Menoch. *lib.* 5. *præs.* 1. *n.* 15.

(h)
Ex Diu. Thom. 1. 2. *q.* 63. *art.* 1.

(i)
dict. iurib. & Menoch. *lib.* 5. *præs.* 1. 2. & 4. Barbos. *in cap. vlt de præsumpt n.* 3. *l. absentem* 5. *ff. de pæn.*

[j]
Farin. *cons.* 188. *n.* 23. Menoch. *cons.* 128. *n.* 8. & *cons.* 55. *n.* 21. Abb. *in cap cum tu de test.*

[k]
Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 1. *n.* 18 Barbos. *in cap. Nequis* 14. 22. *q.* 2. *vbi plures congerit.*

[l]
Menoch. *d. præs.* 2. *n.* 11.

[m]
Menoch. *ibidem n.* 12. Rojas *de hæret.* 1. *p. n.* 367. pro omnibus late Farin. *de hæres. q.* 187. *§.* 1. *ex n.* 11. Menoch. *cons.* 82. *ex n.* 17.

(n)
Ex doctr. Cayetan. *in* 2. 2. *Diu. Thom. q.* 60. *art.* 4.

6. Tàm pié lapsę naturæ hómines ius prosequitur! Tanto à sinistra suspitione abstinet! Tanto se fabo- ribus includit! Tanto clementiam suadet! quæ rédæ sunt (o) enim ignoscendi causæ, non puniendi occasiones.

7. Quomodo ergo Pastoralis pietas, & Paterna charitas tã acerbé cogitat, vt contra iuris præsumptiones, relictis sapientioribus, ellectis durioribus cõsilijs, (p) in deteriorẽ sensum dubiũ actum accipiat, elligẽs potius delictũ, quã innocétiã iudicare. (q)

8. Quantum criminari posset factũ Ministri Prouincialis (si non adesset euidens inculpatio) ex ipsa culpæ sumaria dubium profecto verteretur (nõ apparente, vt non apparet realiter causa) vtrũ diligẽtia Notarij in examinandis verbis, vt testimoniale instrumentum conficeret, esset instituere causam iuditialem, aut processum Episcopo, an vero instrumentum extraiuditiale exceptionis ad propriæ defensionis cautelam & in hoc dubio actum licitum, (r) non vero criminosum iudicari debuit.

9. In rebus ambiguis humaniorem sententiam sequi oportet; (s) maximé, vt integra fama Religiosis & honestis viris conseruetur, (t) quæ est alia iuris præsumptio; nã integræ opinionis qualitas, & laudabilis vitę sinceritas delicti coniecturam confundit, probationes eneruat, & omnia elidit suspitionis inditia (u)

10. Benignior interpretatio humanitati Principis, & iudicis conuenit, (x) melius est quod aliquis frequenter fallatur habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur habẽs malam opinionem de aliquo bono, (y) quia ex hoc fit in uria alicui, non autem ex primo.

11. Is enim qui in deteriorẽ partem interpretatur, quãtũ est ex se facit absq; dubio illi iniuriã, iudicãs illum malum ex dubio, [z] & si diuinaret verum.

12. Denique ad eam partem declinare conuenit, in qua si erratũ sit peccetur leuiùs, (a) grauiùs est innocentem damnare, quam nocentem absoluere. [b]

SECTIO. VII.

Carceratio Ministri Prouincialis, nec iure, nec potestate licuit.

1. SI enim in verisimilitudo delicti, eiusq; corpus improbatum, incogitabilem reddunt Canonum transgressioné [a] quos nec defensio violat, nec extraiuditiale instrumentum frangit, & si solũ

E factum

[o] Ammian. Marcel. lib. 19. Diu. Gregor. lib. 2 moral. cap. 8 promptiores debent esse iudices in absoluendo, cap. veniant nunc 5 25. q. 9. vbi Gloss. verb. si faciendum, cap. licet plerumq; 4 cap. licet nonnunquam 6. 45. dist.

[p] Haud dubie enim, Deus gubernat consilia eorum, qui clementiam, & humaniorem dicunt sententiam, ait Filip. Comin. relatus à D. Valenz. cons. 164. n 70.

[q] Diu. Ioan. Chrysost. Melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem, c. alligant 1 z. 26. q 7.

[r] Interpretationem illam esse recipiendam, qua culpa excluditur, ex Crauet. cõs. 151. & 186. Menoch de arbitr. lib. 2. cas. 199 n. 17

[s] L. si fuerit. 10. § vlt ff de reb. dub. D. Crisp. obser. 76 n. 26.

[t] L. si in duobus 14 ff de reg. iur l. 4. § 2. ff de suspec. tutor. Menoch lib. 5 præs. 2 n. 19. & præs. 4. n. 7.

[u] Vincenc. Honded. cons. 33. n. 48. vol 3. Bart. in l 1 § per uit. ff. de re milit. Deci cons. 175 n 5. D. Ualenz. cons. 163 n 105. Adeo non præsumitur virum honestum & prouidum aliquid perperam fecisse, aut facturum esse, vt si etiã id liquido appareat vix credendum sit, cap. in nostra 4. § nos vero de procurat. D. Valenz. d. cons. 163. n. 105. vbi plura.

[x] L. factum 155 § in pœnalibus ff. de reg. iur.

[y] Ex Diu. Thom. 2. 2. q. 60. art. 4 ad primum.

[z] Cayetan. in 2. 2. S. Thom d. q. 60. art. 4. vers. quoniam is.

[a] Aristot. in problem. partic. 29 relatus á D. Simanc. de Repub lib. 5 c. 17. n. 555.

[b] L. absentem 5 ff de pœnit.

[a] Ex notatis in sect. antecedentibus

factum constituatur in dubium, exclusiua delicti omni iure sumi debet interpretatio.

2. Vnde carcerationé Ministri Prouincialis,&Religiosorũ Fratrũ tuaDominatio decreuit?Certe iure nõ licuit,[b]cũ notoriê deficeret culpæ probatio

3. Captura Clerici, etiam inculpa, nisi de fuga timeatur non recté discernitur,(c)vt enim pro delicto iusté carceretur fugitiuus esse debet,(d)& constare de crimine,cuius pœna exequi debeat in persona,[e) nam si aliter iudicio sistit, & custodia carceris[f](cuius opus non est) in pœnam transiet, & ante sententiam patietur reclussionem.

4. Sed & personæ in dignitate constituta, qualis est Minister Prouincialis iurisdictione quasi Episcopali fulgens,(g)non passim, non qualibet delicti præsumptione(etiam ex proprio Iudice)iuste procedit. (h)

5. Qualitas eius,qui accusatur, (i] & in reatu cõstituitur consideranda est,si insignis dignitate,si litteris cõspicuus,si Religione cõdecoratus,si nobilitate genere,& moribus preditus, in quibus maioré exactãq;criminis probationé desiderat circũspectio.

6. Nimis propera ad executionem consultatio,sicut in delicti,fabricati processus,qualificatione nota leuitatis inuritur,dum graui periculo, iniustæ carcerationis,se culpabiliter exponit.

7. Grauis ex ea,profecto irrogatur iniuria [j] tanto grauior,quãto captus maiore fulget insignitus honore,& grauiori criminis impositione notatur.

8. Regularis status summo honore prosequendus, non delinquentiũ more captura maculandus, [K] eius enim causæ honesté,& Sacerdotaliter debent expediri,(l) & quod reuerenter sæculi Principes decreuerunt, (m) exactius ab Ecclesiæ Pastoribus obseruandum.

9. Si iusté captura cuiusuis Ecclesiastici,etiam subditi non decernitur,periculum imminet censurarum, [n] tunc enim ad carcerationem iniuriosé procedit, & in illius detentione,(o) etiam si manus violentæ non inijciantur,in Canoné (p) incidunt, tám Iudex mandans, quàm Ministri exequentes.

10. Multi enim Prælati incidunt in excommunicationem [q] illius Canonis, excedendo debitam correctioné,quæ iure regulari debet,quod& in car

cera-

[b)

Plurib. congest. D. Salgad. de Reg.protect.z p c.4. n. 138. Ant. Gom.3.tom.var.cap.11. vbi Ayllon.n.z.

(c]

Cap. vt fama 35. de sent. excom vbi DD.& Barbos.n.3.

[d]

Iul.Clar.lib.5 § fin.q.z8.n.5.

(e)

L.16.tit.1.p.7.l.1ff.de cust.& exh. reor. D.Couarr.lib.z.var,c.8.n.8 D Salgad.d.z.p c.4.n.153.

[f]

L.aut damnum 8, §. solent, ff. de pœn.l.1.§. interea, ff.de cust.& exhib.reor.& ibi Gloss.

(g)

Cap si Abbatem 36 de elect.lib.6. Barbol.de protest.Episc.alleg.105. n.3 D.Salzed.de l.polit.lib.1 c.15 n.34.Rodrig.quæst.Reg. tom.1. q.13.art.z.& tom 3.q. 43. art.z. Nauar.tract.de Regul.n.63.

(h)

D.Salgad.de Reg.prot.z.p.cap.4 n,156 ad capturam enimClericorum maiori maturitate, maiorique cum temperamento deueniendũ est.

(i]

L.1.ff de cust.& exh.reor. hoc autem vel pro criminis,quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates. vel pro innocentia persona,vel pro dignitate eius,qui accusatur facere solet. D.Salgad.d.c.4.n.133.

(j)

Sac.Congreg. deciß.in c.zo.Concil.Trid.sess.z3.de reform.relat.á Narbon.in l 59 glos.1.n.109. tit. 4.lib.z.Recop.ibi: Carceratio enim irrogat infamiam.Bald.in l.per diuersas zz.q.10.C.mandat. & in l. si Clericus z.C.deEpisc.Aud.D.Valenz.cons.43.n.160. Salzed.in praxi,c.120.& 121.

(k]

Rodrig.quæst.Reg.tom.z.q.17. art.4.

[l)

Barr.in auth. Quomodo oporteat, coll 6.n.4.D.Valez.cõs.43.n.120

(m] Dict.Auth Quomodo oporteat.

(n) Gloss.in clement vni c.de excess Prælat.verbo capiunt.Nauar.in Man c.27.n.85. Rodrig. tom.z q.63 art 7.vers.tertio infertur,Barbol.de potest.Episc.alleg.105.n.z0.

(o) Cap nuper 29. vbi Abb.n.2.de sent.excom.Barbos.in c.si quis suadente 17.q.4.n.31.

(p) Cap.si quis suadente 17.q.4.

(q) Abb.in c.vniuersitatis 24.n,9.de sent.excom. Enriq.in summ.lib.7.c.z5.n.7.in gloßa.littera P.

ceratione non constito prius de delicto,(r) & seruato iuris ordine plene intelligitur, iniusta enim est, (s) quia fit ex abrupto, de facto, & in vindictam, nullis præcedentibus indicijs, præsumptione, vel difamatione dilicti.

11. Quod in presenti casu præmaximé timeri debet, cum violenter, de facto, absq; iuris ordine, & cũ tumultu facta sit carceratio, non subditi, verũ exépti, precipue Regularis (t) Prælati, Ordinariæ, & quasi Episcopalis iurisdictionis, summæ sedi immediaté, virtuteq; priuilegiorum subiecti, (u) in quo exceditur periculosé.

12. Sed & longé periculosius in Religione Seraphica, quæ maiori vinculo Sedi Apostolicæ astricta, domos, Ecclesias, omniaq; sibi obuenientia, in dominio, & proprietate eiusdem sacræ Sedis, (x) sola paupertate, tamquam Patris hæreditate, ditata, vsuque læta; constituit.

13. Et ex eo conuincitur non solum iure, sed nec potestate potuisse carcerationé decerni, non enim ex delicto, etiam extra claustra commisso, licet Episcopis Regulares carceri addijcere, nec aduersus eos processare (y) etiam vt suo superiori remittant; maxime dum ad eum datur presens, aut facilis additus.

14. Solumq; ex notorietate, & scandalo grauis delicti extra claustra, si timeatur de fuga, aut de præhensi in ipso delicto, (z) vel immediatè ad eũ, né cõmitatur, carcerari poterunt, vt superiori præsententur, illico remittédi intra viginti orarum spatio (a) etiã non instante Regulari Superiore. (b)

15. Extra quos casus cum in carceratione exceda tur, â non Iudice fit ratione exemptionis notorię, & in iure expressæ, & vltra incursu censurarum ipsius priuilegij Apostolici, Canonis etiam, ex iniusta detentione, (c) libertatisq; iniuriosa priuatione nexu excommunicationis mandantes, Consulentes, & Ministros, astringet.

16. Exemplo firmatur assertio, in notorio, execrabiliq; delicto occissionis violentæ (d) & præmeditatæ Prioris Prouincialis Ordinis S. Augustini in Cœnobio Hispalensi anno 1535. Archiepiscopus illius Ciuitatis, capturam Prioris Conuentualis, & trium fratrum eiusdem Ordinis, vt veré reorũ decreuit, Sediq; Apostolicæ relata, cũ probatione de-

 licti

[r] Plurib. citatis Ayll. ad Ant. Gem. 3. *tom c.* 1 1. *n.* 2. ex Farin. Iul. Cler. & alijs.

[s] Plenissime D. Salg. *de Reg. protect.* 2. *p. c.* 4. *ex n.* 132. *vsque ad* 140, Narbon. *in l.* 20. *gloss* 18. *ex n.* 52. *tit.* 1. *lib* 4. *Recop.* D. Gregor. *in l.* 1. *tit.* 29. *p.* 7. *glos* 1. ibi: *alias sine causa captus infamaretur.*

[t] *Clem. vnic. de exces Pral.* vbi Glos. Rodrig. 2 *tom. d q* 63. *art.* 7. Enriq. *d. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 7.

[u] Mend. *in stater. opin. disert.* 13. *q.* 22. ibi: *Et eximit à iudicibus vniuersitatis*, quod & Rodrig. *ex Bull. Innocentij VIII, tom.* 2. *q.* 2. *art.* 9. *antea asseruit.*

(x) Ex Bull. Nicolai IV. relata á Rodrig. *tom.* 2 *q.* 63 *art.* 3.

[y] Dian. 3 *p tract.* 2 *resol* 132. ex Hieron. Rodrig. *in compend. quæst. Reg. resol* 62. *n.* 8. *Non est necessarius processus iuridicus ab Episcopo formatus, quia ipso iure nullus est, ex defectu iurisdictionis.*

[z] Barbos. *de potest Episc.* 3. *p. alleg.* 105. *n.* 20. *Deprehensum in delicto, deduci ad carcerem, & in cap. vlt. de statu Monach. n.* 8. Rodrig. 2. *tom. q.* 63 *art.* 7. *In casu permisso, verbi grat. si in graui delicto timeatur de fuga*, Vicent. Marcil. *ad Concil. sess* 25. *c.* 14. *vbi affert deciss. Sacr. Congreg.* Barbos. *ibidem n* 2.

(a) Ex *l. cap. quinto* 25. *ff ad* L. *Iul. de Adult.* Gloss. *in cap. cum non ab homine* 10 *de iudic. littera A.*

(b) Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 35. *dific.* 5. *n.* 5. *Y notese la palabra* notorie, *que si no lo es, no podrá el Obispo entrometerse en ello. y aunque lo sea, no le ha de poner en su carcel, sino remitirle luego al Superior, aunque no haga instancia en ello, como declararõ los Cardenales.*

(c) Barbos. *d. alleg.* 105, *n.* 20. *Si nollet remitere, vt vexet carceribus crederem non vitare excommunicationem, tanquam detinentem carceratum* Regularem *in casibus à iure non permissis.* Gloss. verb. *capiunt. in Clement. vnic. de excess. Prælator.*

[d] Refert, Salzed. *in praxi crim. Eccles cap.* 96. verbo *Parricidi.*

licti (cōmissa Archiepiscopo assumptis duobus fratribus omnimoda cognitione) absolutioné à censuris propter carcerationem expressé concessit.

17. Verba ipsius delegationis Romæ die 12. Octobris 1535. sic inuenimus: (e) *Te quæ, & eorum singulos à sententia censuris, & pœnis prædictis, si quas præmissorū occasione ex dicta carceratione forsam incurristis; Apostolica Authoritate tenore præsentium absoluimus.*

18. Si enim criminis grauitas, pœnæ exequtio (quæ vsque ad degradationem, vltimūq; supplitiū processit) fugæ non vanus timor, populiq; scandalum, reorum capturam, quia Regularium, licitam non fecerunt, siquidem in Apostolicæ Sedis iuditio censurarum incursus per absolutionis concessionem explicatur, quāto magis timeri debet, vbi deest culpa, fuga nō timetur, & sceleris exequtio plus scandali Populo attulit quam delictum.

19. Veré itaq; Minister Prouincialis, in quacumq; criminis attributione minimé licuit, & quidem culpabiliter decreta fuit carceratio, (f) deficiente iure & potestate, cum & in delictis extra claustra, solum fieri potest Regularis deprehensi in ipso delicto (g) non ex interualo, & intra claustra iam reuersi, vbi superiori præsentari debet, omnisq; fugæ timor excluditur, quo deficiéte, deficit quoq; Episcopi ad carcerationem potestas. (h)

20. Sed vbi aderat securitas personæ (ex exercitio dignitatis, & Uisitationis Granatensis Prouinciæ in qua Minister Prouincialis veasabetur) nō imminebat dilationis periculum, expectari poterat authoritas proprij Iudicis, (i) ideo, & exempto capto, & superiori illius ex captura iniuria irrogatur, (j) carcerisq; vexatione, vltra iuris spatium (casu quo liceret) censurarum incursus iuste (K) timetur.

SECTIO VIII.

Exemptio Regularium omnimodam ordinario, nisi certis casibus, iurisdictionem abstulit; & in præsenti nulla adest in Episcopo de iure potestas.

1. REGVLARES in sui principio Episcoporum iurisdictioni subiecti, (a) iam varijs temporibus, Sedis Apostolicæ priuilegijs expressé, aut eorum communicatione omnimodam exemptionem ordinariæ iurisdictionis obtinuerunt concessa eorū Prælatis quasi Episcopali iurisdictione. (b)

2. Expressé Seraphicam Religionem à Clemente IV. Nicolao IV. Benedicto IX Bonifacio VIIJ. & alijs summis Pontificibus omnino exemptam ab Episcoporum iurisdictione, & potestate, testantur Priuilegia, (c) exceptis, in omnibus, certis casibus, quos

[e] Apud eūd. Salzed. *ibidem vbi Bull. de legationis inscrit.*

(f) Barbos. *d. alleg.* 105. *n.* 20. *post princip.* Enrriq. *in sum. lib.* 7. *c.* 25. *n.* 7. *vers. effectus quintus.*

[g] Ex plurib. Barbos. *ad Concil. sess.* 25. *c.* 4. *n.* 2. *& quos supra lit.* Z. *n.* 14

(h) Ex tradit. à Dian. *in sum.* verb. *Obispo n.* 17. *&* 3. *p. resol.* 132. Barbos. *d. alleg.* 1 5. *n.* 64. *Non potest semoto tali periculo, Episcopus exemptos capere & carceri mancipare, clem. vnic §. Non nulli de excess. Prælator.*

(i) Barbos. *d. n* 64. Cened. *pract. quæst.* 4 *p q.* 57. *n.* 3. *si commode, ac citra periculum haberi, aut expectari poterit authoritas iudicis exemptorum.*

(j) *L. Generali* 54. *C. de Decurion. lib.* 10. *Non enim exemptio, inferioris exēpli, sed superioris eximentis respicit fauorem.* Ansald. *de iur. sed* 2. *p. tit.* 8. *cap.* 10. *n.* 35.

(k) Barbos. *d. alleg.* 105. *n.* 20. *vt supra lit* C. Enrriq. *d. lib* 7. *cap.* 25. *n* 7. *lit. P. & Q. vt sup. lit F.*

[a] *Cap. Abbates* 16. *cap Monasteria* 17. 18. *q.* 2. *Auth. causa, C. de Episcop. & Cleric.*

[b] Tamburin. *de iur. Abb. tom. disp.* 5. *q.* 1. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 105. *n.* 3. *& de iur. Eccles. lib.* 1. *c.* 43. *ex n.* 119. D. Salzed. *de leg. Polit. lib* 1 *c.* 15. *per tot.* Nauar. *tract.* 2 *de Regul. ex n.* 63.

(c) Rodrig. *quæst. Reg tom.* 2 *q.* 62. *&* 63 *præcipue art.* 3. Barb. *d. alleg.* 105. *n.* 11.

quos expressit Tridentina Synodus,(d) & de quibus in præsenti non agitur.

3. Vt ergo fundetur ordinaria iurisdictio aduersus Ministrum Prouincialem, qualitas delicti attributiua initio constare debuit [e] cum regula generali notorij priuilegij exemptionem personæ in causis ciuilibus, & criminalibus, nullitatemq; actorum aliter iudicantium [f] fundetur.

4. Agitur nunc de criminali causa & in delictis intra claustra commissis nulla in Regularibus potiri potest Episcopus potestate, etiamsi delicti scandalũ extra claustri limites exiens, aut aliquis eius effectus sit populo offendiculum. [g

5. In commissis vero extra claustra notorijs, & cum populi scandalo ex Concilio (h) solum pertinet ad Episcopum instantia, vt à Superiori Regulari, intra tempus ab eo præfigendum, reus puniatur, ad de punitione certiorem faciet sub pœna priuationis officij, & debolutíone ad Epíscopalem cognitionem.

6. Hinc itaq; si daretur in Ministro Prouinciali crimen vindicandum, ex instrumento testimoniali, cũ testium, etiam fratrum, voluntaria depositione intra claustra videtur commissum; etiamsi aliquis efectus claustri limites excesserit,(i) cum eius mandatũ suis subditis directum, intra Religionis Cancellos effectum acciperet & consequenter nullam ad esse, in tua Dominatione potestatem, vt puniret.

7. Et si consulentibus videatur, extra claustra; cum notorietate, & populi scandalo commissum (quod apertis oculis, & non culparum quæstoribus abest) non ne? Superiori Regulari Commissario Generali Cismontanæ Familiæ proculdubio erat remitenda cognitio? Sic Tridentina Synodus præcipit (j) cui periculosum esset contrauenire,

8. Et si de vsurpatione iurisdictionis delictum formetur, cum arguitur processum aduersus Episcopum factum, non vsurpata est in eo Episcopalis iurisdictio, verùm Pontificia Potestas in grauioribus, & Concilij Prouincialis in minoribus causis (k)

9. Eoq; ad Sedem Apostolicam in illis, ad Conciliũ Prouinciale in istis; punitionem vsurpationis pertinere dignoscitur, eorum dignitas, & præheminentia offenditur, & Iudici cuius authoritas, aut iurisdictio violatur cognitio competit,(l) non parti ex vsurpata potestate offensæ.

10. Si autem de iniuria dignitati facta processus, instituitur, ex qua Episcopis subijciuntur exempti, vt Sacræ Congregationis decissione continetur, (m) attributiua qualitas non agnoscitur. (n)

[d]

Varijs sess. & sess. 25 de Regul. vbi Barbol. *& de potest. Epis. d. alleg.* 105. *enumerat.* 52 *casus, & de iur. Ecles. d. lib* 1. *c.* 43. *ex n.* 120.

(e)

L. 2. §. *sed si dubitetur, ff. de iudic. l. denunciasse* 17. §. 1 *ff. ad leg. Iul. de Adult.* Menoch. *de arbitr lib.* 2. *cas* 191 *n* 4. Narbon. *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloss.* 19 *n.* 24 D. Valenz. *plenissime cons.* 191. *per totum.*

(f)

Enriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 5. *Processus sententia, & inde sequuta sũt ipso iure irrita, & lit.* I *plures refert.*

(g)

Barbos. *de potest. Epis. d. alleg.* 105 *ex n* 80. *& in Concil. d. cap.* 14 *sess.* 25. *n.* 3.

[h]

Sess. 25. *de Regul. d. c.* 14. vbi Barbos. *ex n.* 3. *& d alleg.* 105. *ex n.* 18. Rodrig. 2. *tom. q.* 63. *art* 7 *& q.* 2. *vbi affert Bull. Clementis VIII. incip. suscepti muneris.*

(i)

Barbos. *d. alleg.* 105. *n.* 20. *& in Cõcil. d. c.* 14 *n.* 3. *in fin.*

(j)

d. sess. 25 *de Regul. cap.* 14.

(k]

Trident. sess. 24 *de reform. c.* 5.

(l)

Ex vsurpatione iurisdictionis fit iniuria ipsius officio aut dignitati; & ei competit cognitio, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas* 263 *n.* 7. Barbos. *in l. vnic. C. nequis in sua caã. n* 17, Auend. *de exeq. mand. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 8. *& infra dicemus.*

[m]

Deciss. Panorm relata ab Aldan. *in cõp. Canon resol l. b* 2 *tit,* 8 *n.* 11. Barbos. *in concil sess.* 25. *d. cap.* 14. *n.* 5.

(n)

Quæ primum fundari debet, plenissime, vt diximus, D. Valenz *d. cons.* 191 *per totum, & cons.* 52. D. Salgad. *de Reg. prot* 2 *p. cap.* 10. *n.* 68. Barbos. *de potest. Episc. allegat* 106. *n.* 18. Alter Barbos. *in l. si quis ex aliena n.* 148. *ff. de iudicijs.*

In

11. In quo Episcopali præcepto Minister Prouintialis reuerentiam non submísit? In quo dignitaté offendit? Sic illa, & aliæ decisiones explicātur,[o] quā do offensio respicit dignitatem, non si ratione odij particularis intuetur personam, & in dubio prçsumitur iniuria, non vt iudici, aut Prœlato, sed vt priuatæ personæ illata.[p]

12. Certé, Illustrissime Dñe, in casu expresso non vt Episcopus œconomicam Religionis potestatem, Regularis reformationis disciplinam contraire, aut téperare tua Dignitas contendebat.

13. In hoc enim quod pertinet ad perfectioné vitæ Religiosæ, statumq; eius, reformationis institutu correctionis regimé, politicamq; œconomiā intra claustra obseruantiam clausurç mutationé, habitationis formam, recedendi á Monasterio, ac transeundi de vno ad aliud, omnis inhibita(q) est Episcoporum potestas, exéptiq; sunt Regulares à iurisdictione Ecclesiastica, siue ordinariorum, siue Apostolici Nuntij, etiam Legati â Latere.

14. Nec enim ex his per viam reuersus patet aditus [r] cū detrectantes Prælatorum præcepta, & eo vsi Apostolica decreta statui Religioso, & ordini indulta transgredi videantur, & ad eximendum ab obedientia, nec in Ordinarijs, nec in Nūcio Apostolico datur facultas, (s) offenditq; Regulari obseruantia, quod in externis tribunalibus super his ventiletur.

15. Quare apud Suprema Tribunalia Regia lege (t) sancitum, non esse trahenda per viam violentiç acta visitationis, aut correctionis Regularium, quæ omni modo superiorum directioni priuatiué relinqui debét, & nō absq; scandalo in iuditio publicé recitātur.

16. Sed & alia cōsultatione à Supremo Concilio (u) Regiæ Maiestati facta, & ad eius instātiā concordata quæstione cū Apostolico Nuntio, (x) declarataq; Regali mente circa Regios concionatores, (y) absoluté ab omnibus exempta fuudatur iurisdictio Regularis circa obseruantiam, correctionem, statumque Religiosæ disciplinæ.

17. Cum autem sic Episcopis, nec liceat regulari gubernio se interponere, (z) vt priuatus, (a) & tanquam Seraphicæ Familiæ alumnus, & quondam Generalis Prælatus, cum Ministro, Difinitoribus, alijsq; Fratribus tua loquebatur Dominatio.

18. Quomodo ergo dari potest Dignitatis iniuria, Prçsulatusq; indecus? Et iāsi Regulares excessissent? Excessit dignitas limites Prælatitiæ, & ordinariæ potestatis; in quo metas iurisdictionis, egreditur dignitaté exuit, esseq; priuatum induit. (b)

Inno-

[o] Glos. *in cap signis 2. q. 7. verb. conuitij* Barbos. *in l vnic. C. nequis in sua caā n. 12.* D. Valenz *consil. 184. n. 73.* D. Crelp. *obseru. 51. ex n. 15.*

[p] Barbos. *in cap. dilectus 11, de pœn n. 4 & seq.* Bern. Græu. *ad prax. Camer Imper. lib. 1. conclus. 39. n. 5.*

[q] Plenissime D. Salzed. *de leg. Polit lib. 1. cap 15. ex n 41.* Rodrig. z. *tom. q. 63. art. 4. ex Bull. Sixti IV. Quod nullus Ordinarius seu Legatus, quauis authoritate vtens quamcumque superioritatem super prædictos fratres vindicare præsumat.*

[r] *Concil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 1. & 4* Araujo *deciss. moral tract. 3. q 17.* D. Salzed. *d. cap. 15. n. 46. vbi alios congerit.*

[s] Ex Lecan. in Marcel. Magn. Carmel *§. 39. n. 471 & seq.* & in Marc. Magn. *Minor §. 18.* D. Salzed. *d. cap. 15. n. 47. Religiosorum causas extra Religionem deduci & tribunalibus Sacularibus propalari, contra eorum decus,* Mirand. *in Man. prælat 2. tom. q. 10.*

[t] L. 40. *tit 5. lib. 2. Recop.* D. Salgad. *de Reg. Protect. 1. p. c. 2. prælud. 5. n. 10* Zeuall. *de cognit. per viam viol. 2. p. q. 25. n. 14.* D. Solorzan *de iur. ind. lib, 3 cap. 26 á n. 34.*

[u] *De qua* D. Salzed. *d. c. 15. n. 42.*

[x] *Idem* D. Salzed. *n. 51.*

[y] *Idem* D. Salzed. *n. 50.*

[z] Ex trad. ab eod. D. Salzed. *d. cap. 5. per totum, argum. cap. Episcopum 7. cap. Episcopi 8 9. q. 2. Ad Ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, ne acredant neque confundant, & permisceant Ecclesias.*

[a] L. *praees 3. ff. de offic. præsid. Si excesserit imperium priuatus est.* Gemin. *in c. si Abbatem, n. 4 de ellect. lib. 6.*

(b) L. *extra territorium 20. ff. de iurid. omn.*

19. Innotescere voluit Prouincialis Minister, in ipso actu prolata verba, tanquam voluntatis indicia, (c) cuius factum, etiam in culpa, non afficit Episcopum, non officit Dignitati personam respicit eius, qui sine potestate, & iurisdictione, depositis infulis, vt priuatus operabatur.

20. Ex quo (si vt delictum habetur) propriæ iniuriæ iudicium disceptare, & in eo sententiam dicere, ius non patitur, (d) quod ratione dignitatis offensæ Episcopo conceditur, intuitu personæ denegatur, hæc est Magistralis distinctio (e) pluribus Sacræ Congregationis, & Rotæ decisionibus admissa.

21. Episcopo Abulensi, sic dubitanti, fuit responsũ (f) 13. Nouemb. 1587. An ad Episcopum, vel alium Superioré pertineat facultas procedédi contra Capitulares, quando vniuersum Capitulũ deliquit? Respõdit, huiusmodi facultaté procedendi pertinere ad Episcopum, nisi delictum sit in contéptum, vel contra ipsũ, tunc enim facultatem procedendi contra Capitulares deuoluitur ad proximum Superiorem.

22. Sed & Sacra Coucilij Tridentini Congregatio eandé approbat distintionem, (g) *quando res ad se, vel suos priuato nomine pertinet*, & pluribus alijs, quæ fastidio essent si relata numerari vellimus.

23. In qualibet ergo consideratione culpæ Ministro Prouinciali oppositæ tuæ Dominationi, minimé licuit cognitio, de facto notorié nulliter proceditur, & ordinaria, aut delegata (Regularis exéptionis iure) in presenti omnino excluditur potestas.

SECTIO IX.

Turbatur Regularis exemptionis obseruantia Supremi Consilij præcepto conseruanda, & indebite consilijs vtens iustitia virtus violatur.

1 PRo transgresionibus, voluntaria attributione discusis, veras tuę Dominationis patimur iuris naturalis, diuini, positiui, Canonici, & ciuilis trãsgresiones (a) (& quod certé dolendum) tuę ipsius Religionis, immunitatis, exemptionis, & priuilegij, non in membro, sed in capite, non in particulari subdito, sed inde Superioribus Prælato, Religiosę obseruantię, & visitationi incumbenti.

2. Uerum hæc Regularis exemptionis turbatio, & extra in Sacra Tridentina Synodo contenta iurisdictionis ingesio, Prælatiq; Prouinciæ carceris additio, notoriam vim continet, Regaliq; præcepto ex potestate tuitiua, Concilij obseruantia, (b) Religionumq; patrocinio in supremo consilio, instante Prouincia declarari debet.

3. Cum enim ex priuilegijs Regularibus, formaq; in con-

omn. iud. Gracian. *d eciss.* 98. *n.* 12. Barbos. *de potest. Epis.* 3 *p alleg.* 80. *ex n.* 8 *Locus enim exemptus, & locus extra Diœcesim iudicatur á pari, n.* 9.

(c)

Vt diximus supra sect. 5 *n.* 6. *lit.* I.

[d]

L. *vnic.* C. *n equis in sua ca. l. vlt. §. viros autem.* C. *vbi Senator. vel claris. l. Iulianus* 17. *ff. de iudic. l.* 10. *tit.* 4. *p.* 3 *cap. inter quarelas* 27. 23. *q.* 4. *Nihil te ostendis de cœlestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas, dũ pro vindicta propria iniuria [quod sacris Canonibus prohibetur] maledictionem anathematis inuexisti.*

[e]

Gloss. *in c si quis* 2. *q.* 7. verb. *conuitij, & in c.* 1. *de pœn lib.* 6. verb. *puni re,* Surd. *cons.* 50. *per totum,*

(f)

D. Valenz. *cons.* 184. *n.* 74. Barbos *in conci l. sess.* 25. *de reform. c.* 7. *n.* 22.

[g]

Seß. 25 *de reform. c.* 7. D. Salgad. *de suppl. ad SS.* 2. *p. c* 5 § 1. *n.* 19. Barbos. *in d. c.* 7 *n.* 42. *& de potest. Epis. alleg.* 73. *n.* 16 *& de Canon. c.* 35 *n.* 7

[a]

Defensio prouenit ex iure naturali, Diuino, Canonico, & Ciuili; D. Salgad. *de suppl. ad SS,* 1. *p c.* 2, *sect.* 2, *n.* 105. *Qui enim defensionem pro delicto arguit, hæc omnia transgreditur.*

(b)

Ad trad. per D. Salzed. *lib.* 1. *de leg. Polit. c.* 55 *n.* 59. *ex antea discusis,* D. Salgad. *vbi proxime* 2. *p. c.* 11. *ex n.* 104.

concilio exprẽſſa,cognitio alitér ordinarijs omnino prohibeatur,[c] ſi illã aſſumpſerint,deturbando priuilegia,tranſgrediendo Concilium,vim facere,iniuriãq; Prælatis legitimé exemptis indubium eſt. (d)

4. Recté pluribus[prouectioris ſcientiæ,prudentiæ expertioris] ex accerſitis â te Conſiliarijs,dum extollebatur delictum,ſummariã cauſæ,cum ſuper ſeſſione in captura remittendam Apoſtolicæ Sedi,aut eius Legato á Latere,tanqum exceptorum Iudici, aut tãquam immediato Superiori propter impedimentum ordinarij fuit viſſum.(e)

5. Hoc ſaniori concilio, ſi acquieſceret, propriẹ indemnitati, tua Dominatio Conſuleret, Alienæ Paterni cordis,indignationis affectus,dilata iudicis cognitione mederetur,patefieret inculpatio, veritatem enim dies aperit,(f) aut pro tua ſapientia digna mutatione concilij,agnoſceres,congruentius(g)quidem videri intra domum inter te,& filios tuos,ſi quæ cõtrouerſiæ orientur terminari.

6. Sed alienorum concilia Paterni cordis dulcediné in duritiam irati Iudicis mutari, lætantur,ſeniorum monita ſpernens,& adulantium juuenum placitam ſugeſtioné ſequés,Roboã Iſraëlis gloriã perdidit (h)

7. Nunc autem,& in ſe reuerſus Dominatio tua, in præteritis,ſic deuiactus concilijs Eminentiſsimi Cardinalis Hiſpaniẹ Nuntij,præcepto,obedientiam (tibi duplici vinculo,(i)iuramenti,& voti præcipuam) in minimo differre, ne admittat, ruiturus in peius noua conſulentium leuitate.

8. Ipſius ſuperioritati officit promotoris fiſcalis in conſulta prætenſio,vt inhibitionem admiſſam reuocares,& in vim cognitionis primæ inſtantiæ, iuxta Concilij decretum iuriſdictionem reaſſumeres.

9. In Regali Granatenſi Cancellaria per viam violétiæ comparens, licet repetitum Regale mandatum obtinuit,intempeſtiue,incompetenter,&contra ius, huiuſmodi recurſus conſulitur,& practicatur.

10. Intempeſtiue,quia prima cognitionis inſtantia (etiam in cauſis Regularium conceſſa)adhuc non lædebatur virtute appellationis â captura irreparabile damnum,verè continente,(j)quæ ex grauamine iure fundatur,eum debolutione ad Superiorem etiam iuxta decretum Concilij, & ſine primæ inſtantiæ præiuditio.

11. Imcompetenter,quia inobediẽtia mandati Superioris Hiſpaniæ Nuntij vis non aderat,(K) ſed in ipſius prẹcepto comminante cenſurarum incurſum pro actorum remiſſione,&grauantis iudicis quærella illi Prætorio Regio in cuius territorio degit, cogni-

(c) *Solum conceditur expreſsis caſibus, & eo modo,quo exprimitur,& non aliter*, Moron.*reſol illuſt.Reſ.* 12.*n.* 18.

(d) D.Salzed.*d lib.*1.*c.*17.*n.*22.*Vim facit notoriam,qui ſine iuriſdictione procedit,cuius defectus eſt maior nullitas*, D.Salgad.*de* Reg *protect*.2.*p.cap.* 17.*n.*4 *&* 4.*p.cap.*3.*per totum*, *& ex n.* 63.*&* 76. *Excedere, & grauare paria ſunt.*

[e] *Ex deciſſ* S.Rot.*Abulenſ.Epiſc.* relata à D. Valenz. *conſ.* 184. *de qua ſect* 8 *n.*21. *& quod circa pœnas infligendas notat* Moron, *vbi proxime n.* 19. Barboſ.*de iure Eccleſ lib.*1.*c.* 43. *n.*163 *vbi deciß.remiſſa Epiſc.Vercelen.*

[f] Senec *lib,*2.*de ira.*

[g] *L.*4.*C.de Patria poteſt.* D.Valenz. *conſ.*43.*n.*14.

(h) *Lib.*3 R*egũ cap.*12. Diu.Ambroſ. *lib.*2.*offic.cap.*18.

(i] Barboſ.*in c.ſtatum* 18.*q.*1. *n.* 11. Enriq *lib.*10.*de* Sacram.*Ord, c.* 33. *n.*4.*in fin. Obedientiam ex voto priſtino debet* P*apa,prater illam,quã Epiſcopus ſub iuramento ſpondet Papa.*

[j] D.Salgad.*de* Reg.*prot* 2 *p.c.*4. *per totum,& n.*258.*ex deciſ. Sac. Cong.* Concil.*Trid ſeß.*24.*de reform.cap.*20 *Congregatio Concilij cenſuit grauamẽ indebitæ carcerationis eße ex his, quæ per appellationem à diſinitiua reparari nequaunt: ideóque ab eo ante diſinitiuã appellare licere, & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & ſinere proceſſum.* Narbon,*in l.*59 *tit.*4.*lib.*2. *recop.gloſ.*1.*n.*109.

(K) *Ceßat enim violentia,vbi ius aſsiſtit* D.Salgad.1.*p.c* 2 § 3. *n.*28.*Obediẽs ſuperiori ſecundum ius operatur, nullã vim facit.*

nitionem assignat.(l) & non alij, verum, & Nuntij Apostolici violentiæ recursus supremo Concilio expressa decissione reseruatur.(m)

12. Contra ius, quia cum ex cognitione primæ instantiæ inhibita, in obseruatoq; Tridentini decreto recursus fundari conetur, aliâ decisione(n) a Cãcellarijs abstrahitur, & supremo reseruatur Concilio, protectionem Concilij, eiusq; decretorum custodiam priuatiuè Authorante.

13. Quam expressa iura promotoris fiscalis directio prætermisit; & salubriæ totius Reipublicæ Catholicę auxilio.(o) abutens,(p) dum inuiolentiæ prę sidiũ retorquet, vt carcerationis vexatio iniuste prægrauetur,(q) nouo cẽsurarũ periculo incidisse vereatur(r) Ecce nunc in nouissimo errore iterata consilia.

14. Expergiscere(vt Diuus Bernardus,(s) proloquitur ad Eugenium) expergiscere ergo, & péssimæ cõsiliariorum seruitutis onus, iam, iamq; imminens, imó iam non modicé præmens, non tantũ caue, sed horrè, memento proinde, non dico semper, non dico sæpe, sed vel interdum redde te ipsum tibi.

15. Benigni quipe Principis(t) est ad clementiæ cõmodũ transilire terminos æquitatis, nõ enim integritati detrahit, quod filiorũ. aut fratrũ amori defertur.

16. In oculto Ioseph Ægypti saluator, (u) & fratres arguit de venditione, & certiorat de venia, ne eorũ, ipsiusq; familia perfidæ fraternitatis exemplo apud extraneos notaretur.

17. Vides á medicis,(x) quamquam in aduersa valeditudine, nihil serui, ac liberi diferant, mitius tamen liberos, clementiusq; tractari, si vt Pater intuiturus consuleres, & culpam ignosceres, aut mitius tractares; si vt iratus, quid mirum, quod innocentiã punias; intuere, vt Pater, ne discutias, vt iudex, & si personę irasceris, iam parce dignitati, parce Religioni.

18. Quæ circa delicta versantur,(y) mansuetam; & humanam faciem non recusant, inclinatus in terra Iesus (z) auertit oculos, ne cerneret, quod puniret, maluit in puluere scribere veniam, quam in carne dare sententiam, vt Pater, & vera delicta mauult clementia tegere, quam vt Iudex puníre, virtutis hæc victoria(a) est vindicta potestatis.

SECTIO X.

Declamantur iura Seraphicæ Familiæ, & Religiosæ Fraternitatis vincula, improuidis consilijs transgressa.

1. SEd proh dolor! Illustrissime Dñe, quis te fasci-

 na-

(l)

L 39. tit. 5 lib 2. Recop. *In hoc facto notorio, vbi inhibitio de iure legitime procedit, & datur causa propria iudicis inhibiti, solum potest recursus intentari, vt secundo casu considerat;* D. Salgad. 1. p c 2. § 4. n. 12. & 2. p. c. 1 a. per totum, & n 50.

[m]

L. 62, cap 25. tit 4. lib. 2. recop. & tit. 8 lib 1. remiss. vlt auto 208. fol. 77 & tit. 4. lib. 2. remiss. 27.

(n)

L. 81. tit 5. lib 2. Recop. d l. 62. c. 25 tit. 4. lib. 2. l 59. ti 4 lib. 2 D. Salgad. de suppl. ad SS. 1. p. c. 14 ex n. 26.

(o)

D Salgad. 1 p c. 1 præluд. 3. per totum, & n. 105. & c 2. § 2. n. 16. *Est fauorabilis, & ab omni iure naturali, diuino, & positiuo proueniens, & permissus,* ex P. Suarez, & alijs.

[p]

Abusus notorius dicitur, quoties in actu, qui geritur vsus nullus est l 4. §, Idem Pomponius, ff. de ædilit. edict.

[q]

Recursus Regius fauorabilis, ad leuamen oppressorum, D. Salgad. 1 p c 1. *prælud. 3 & ad iuuamen iurisdictionis superioris* 1 p. cap. 2. § 1. n. 28. *Retorquatur in odium ad grauamen oppressi. & ad inobedientiam superioris, ex legitima appellatione procedentis, contra l. nulla iuris ratio 25. ff de legib. l. quod fauore 6. C. eodem tit, cap suggestum de appellat. cap. nonnulli 22. de rescript,* D. Salg. 1 p c. 2 n. 48. *ne tam salubri recursu Regio abutantur neque remedium ad præsidium innocentium inuentum, sit vinculum iniquitatis.*

[r]

Detinens inuitum Regularem, aut Ecclesiasticum, Barbo. *in cap. siquis suadente 17 q. 4. n 32 cap. nuper 29.* & ibi Abb. *de sent. excom.*

[s]

Diu. Bern. *lib. 1. de consid. ad Eug.*

[t]

Casiod. *lib. 2. epist. 9.*

[u]

Genes. *cap. 45. Præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus.* Plura affert D. Larrea, *alleg. fisc. 103 per totam.*

[x] Plin. *lib. 8. epist. vlt.*

[y] Sopater. relatus à Dom. Simanc. *lib 5, de rep. c. 17 n. 552.*

(z) Diu. Ioan. *cap. 8.* Diu. Pet. Crisol. *serm. 115.*

(a) Temistius *orat. 5, pag. 136.*

nauit; (a) vt sine criminis discussione, sic iratus prosilires? Vt Seraphicæ, & tuę Familiæ decorem obscurares? Ut audaci delicti, attributione etiam omnibus Prælatis faceres inuissam? Et quod proprium est Principis indulgere, & clementer agere, (b) vt vindicando punires delicti fictam faciem, potius exoptare videreris exercere rigorem.

[a] Diu. Paul. *ad Galat. c.* 3. *Quis vos fascinauit?* Grycetan. ibidem. *Fecit vobis apparere contrariam eius, quod est*

(b) *Theatr. vitæ hum. vol.* 3. *lib.* 3. *p.* 705

2. Dispersi sunt fratres tui, lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum, cum captus, & satellicio constrictus circuibat, per vias Ciuitatis, Regularis Prouintiæ Granatensis Prælatus.

3. Sufficeret grauiori, & verę culpæ tuę indignationis punitio, tui præcepti comminatio; non capturæ strepitum, non carcerationis scandalum.

4. Singulari prouidentia noluit Dominus, vt carcerationem Prouintiæ Prælati, & fratris tui, manuscriberes, sed prelo, non pugilari, sed typo, vt nec à videntibus legeretur, nec posteritas audiret, manu Filij simulachrum Patris viuum, conculcatum.

5. In quo bis Ordinis Prælato stigmata Seraphici Patriarchæ conspiciuntur. Imaginem, quam in te veneratam prætulisti, in fratris persona vilipendis?

6. Si manus indulgentiam scriberet, si pugilaris gratiā signaret, qui nomen Ioannis expressit, [c] fortassé confortationem acciperet, forsitam solutionem non pateretur.

[c] Diu. Lucæ Euang. *c.* 1. *Postulans pugilarem scripsit dicens, Ioannes est nomen eius.*

7. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ? Vbi pietatis viscera? Vbi clementia? Vbi regularis obseruantiæ decor? Omnia à consulentium inconstanti concupiscentia transuersum conspicimus. Blandientium consilia à rectitudine deuiant, & iustitiæ habitu ingeri solet iniuria.

8. Non semper salus, vbi multa, sed vbi saniora, itæq; expertia consilia, clementiam sectantia, sic decet, vbi causa agitur Religiosæ dignitatis, vbi frater fratrem dijudicat.

9. Verum quis fratrum causas exteris iudicandas cōmisit? Quis ex fratris culpa, matrem offendit? Gremium, vbi requieuisti, vbera quibus lactasti, decoré, quo induisti, familiam, in qua habitasti, militiam, cui nomé dedisti, sic cōtra ius nouo (d) opprimis exéplo.

[d] Simach. Impp. Theodos. & Arcad. *lib.* 10. *Epist.* 47.

10. Quid maius dicam? Sacram Religionem, ex qua, per quam, & in qua infulas captasti, sic vno ictu conculcare permitis? Priuilegia, exemptionem, iurisdictionem, immunitatem, quibus frui gloriabaris, sic in consulto rescindis?

11. Memento diuini eloquij, filius sapiens honorat matrem, licet Pontifex non exuit tua dominatio materni decoris obsequium, [e] Filius, & Pater vno tem-

[e] Diu. Thom. 2. 2. q. 185. *art.* 8. *Non absoluitur, quantum ad omnia, sed ad illa quæ Episcopatui repugnant.* D. Couar. *in c.* 1. *de testam. n.* 18. Dian. *plures referens* 3. *p. tract.* 2. *resol.* 61.

tempore existis, omnia quę non aduersantur compatiuntur.
12. Reuerentialis affectus, in quo summæ dignitatis solio non inuenitur? Si Mater Seraphica Religio, vbi honor? Si filius, vbi decor? Si pater, vbi protectio?
13. Sancti Patris Regulam sequtus, memento, quod ex Apostolo Ecclesia in ipsius nomine promittit, (f) & qui hanc regulam sequti fuerint, pax super illos, & misericordia super Israël Dei. Vbi Pax? Si litibus implicamur? Vbi misericordia? Si incogitatis criminibus irruimur?

(f) Diu. Paul. *ad Galatas cap. 6.*

14 Crucifixi Iesu insignitus, & insignis sectator, mā suetudinem, humilitatē, beneficientiam semper docuit. & cœlestis Magistri verborum custos, filijs reliquit, pro hæreditate paupertatis, & pacis bona, his præ cæteris ditatus, quia primogenituram induisti, etiam iniuria lacesitus, & vero crimine offensus, quā to magis rumore vano commotus, nimio dolore pudeat amisisse clementiam.
15. Maluit Dauid (g) in solio iniuriam Semei parcere (& á consiliarijs incensus) ne & mansuetudinem perdidisse, & videretur Regię potestâtis vltor.

[g] *Lib.* 2. *Regum c.* 16. Diu. Ambros. *lib.* 1. *offic. c.* 48.

16 Cum ignouit dormientem inimicum, honorem, & vitam eius inuadentem, Regni, & Coronæ dignus (h) ab eodem vigilante prædicatur.

(h) *Lib.* 1. *Reg. c.* 24. *Et nunc scio, quod certissime regnaturus sis & habiturus in manu tua* Regnum *Israel.*

17. Magna vere mansuetudinis vis! Sacrum profecto parcendi studium! Quibus, & conciliatur Corona, & diuinitatis beneficentia æmulatur.
18. Sed & propriæ incolumitati inuigilans, vt de præteritis dolens, iterum audiat Dominatio tua Sacræ Congregationis decretum, quod dum sic declamabamus aduenit.

Decretum Sacræ Congregationis.

19. PER Illustris, & Reuerendissime Dñe vtifratres Sac. Congregatio, S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & regularium præposita, ad amplitudinem tuam scribi mandabit, vt ipse statim, nulla interposita mora, Patrem Ministrum Prouintialem Minorum Obseruantium Sancti Francisci, Prouintiæ Granatensis, excarcerari faciat, & de causis ipsius carcerationis in eadem Sacra Congregatione amplitudo tua, quam primum se iustificet, dum illi diutinam a Deo præcamur incolumitatem. Romæ 22. Septembris 1634. Amplitudinis tuæ Studiosissimus vti Frater Gaspar Cardin: Carpineus Bādinus, Pātiaticus Secretarius.
20. Perpendat, amplitudo tua, verba, mentem consideret, sacri affatus attendat decisionem, non solum excarcerari Ministrum Prouintialem præcipit,

sed & causæ carcerationis iustificationem vt in eadẽ Sac. Congregatione examinetur, imponit.

21. Iam in memoriam reuoca illius Apostolici Breuis, clausulam (i) absolutionis, propter Regularium, etiam Parricidarũ capturam, postea ab ipsa summa sede approbatam, quam ergo in Ministri Prouintialis, omni iure destitura, omni violentia inmissa, consequentiam educemus.

22. Tua Dominatio educat, (j) exequentes timeãt, consiliantes pertimescant; audatia enim consilia (k) prima specie læta sunt, tractu dura, eventu tristitia, consultori pessima.

23. Sed Granatensis Prouintia Seraphici Patris sectatrix, in vera charitate patiens, (l) non irritatur, non cogitat malum, non agit perperam, omnia suffert, omnia sperat; & omnia substinet, quæ enim (m) est gloria si peccantes, & colaphicati sufferemus, sed si benefacientes patienter substinebimus, hæc est gratia apud Deum.

24. Eius æternam clementiam in prosperitatis tuæ desiderium, in salutis tuæ incolumitatem, offerens sacrificia, orationes multiplicans, deprecatur, & Illustrissimæ tuæ excelsæ Dominationi.

Diutinam Gratiam. Feliciorem. Beneficientiam Perpetuam Sæculis. Felicitatem Exoptat. Gran. 10. Nouembris. Anno 1684.

(i) De quo sup. Sect. 7. n. 17.

(j) Ex Doctrin. Abb. *in c. nuper 29. & in c. vt fama 35. & in c. mulieres 6 de sent. excom* Barbos. *in c. si quis suadente 17. q. 4. & d. alleg. 105.* Enriq. *lib. 7. c. 25. & quod de consiliantibus docet.* Plaz. *de delict. lib. 1. cap. 17 n. 4.*

(k) Tit. Lib. *lib. 15.*

(l) *Epist. 1.* Diu. Paul. *ad Corinth. c. 13.*

(m) *Epist. 1.* Diu. Petri *cap. 2.*